ANT 1410381

TIBERII DECIANI IVRISCONSVLTI VTINENSIS

APOLOGIA

PRO IVRIS PRVDENTIBVS, QVI RESPONSA SVA EDVNT

Imprimenda aduerſus dicta per Alciatum
Parergon Lib. XII.
Cap. vlt.

CVM PRIVILEGIIS,

Summi Pontificis, Inuictiſſimi Imperatoris, Regum Catholici, atque Chriſtianiſſimi, ac Senatus Veneti.



VENETIIS, Apud Hieronymum & Ioannem Zenarios.
M. D. LXXIX.

ANT 1410381

AVTHOR CANDIDO LECTORI.

DVABVS ſum adductus rationibus, amice lector, vt vlrimum capur libri XII. parergon Alciati viri clariſſimi, & illud quidem integrum hic imprimendum curarem. prior fuit, vr qui librum illum forrè penès ſe non haberent, poſſent, quæ ipſe Alciarus ſcripſir in eos iuriſconſultos, qui reſponſa ſua euulgant, legere, & ſubinde cognoſcere, num ego quidpiam in Apologia mea, quæ ſtatim ſequetur, mala fide dixerim ab Alciato ſcriptum, quod verè in eo capite ſcriptum non ſit. Altera verò, & quidem grauior ratio fuit, vt ſub oculis tuis, ac eodem firmè loco poſitis rationibus, quibus mouetur Alciatus, vt euulgationem reſponſorum reprehendat, & impugnet: pariter & meis, quibus eandem tueor, atque defendo, facilius per earundem rationum collationem poſſis tu rectum ferre iudicium, vrer noſtrum rectiùs ſenſerit. Quod vt boni conſulas & diligenrer, bonaque fide omnia perpendas, te etiam atque etiam rogatum velim. tibi interim fœlicia omnia exoprans.

ALCIATVS PARERGON

LIB. XII. CAP. VLT.

HAEC SCRIPTA RELIQVIT.

ROGAVERVNT me non ſemel opera impreſſoris: vt cõſiliorum meorum, quæ vulgò cõſultoribus reddere ſoleo, copiam eis facerem, hacq́ in re Decij exemplum imitarer, qui conſtituto in folia certo pretio, coacta in vnum ſingulis luſtris publicanda typographis tradebat. reſpondi gratis me id facturum, ſi ex re ſtudiorum exiſtimarem eſſe, vt ea diuulgarentur. Verùm non ſatis adhuc mihi conſtare, quid conducibile, atq; ex vſu eſſet. non poteſt certè negari, aliquos profeſſionis noſtra hac via non vulgarem ſibi ad famam, atq; dignitates viam aperuiſſe. nam & veteres iuriſconſulti hoc ſcribendi genus haud quaquàm neglexere, ex quibus nõ pauci reſpõſorum libros ediderũt, honeſtiſſimumq́; id lucri genus eſt, quod ad communem vtilitatem tendit, & quo ingenia excitantur: cum alioquin ſublatis præmijs ſtudia ipſa, atq; artes ceſſarent, minuiturq́; & hoc modo labor etiam ipſis iudicibus, qui horum lucubrationibus facilimè quicquid in vtramque partem diſputari poſſit, cognoſcant, & commodius quid ſit cenſendum diſcernunt. Sed & ijs, qui nuper ad lauream doctoralem ſunt euecti, non minus horum lectio vtilis eſt: qui ſi ſolis præceptoribus operam dederint, & in interpretationibus legum dumtaxat ſint verſati, cum domum reuertuntur, et ad forenſes actiones tranſeunt in omnibus hæſitãt, ad propoſitas factorum ſpecies reſpondere neſciunt & plerunq; vel à cauſidicis ipſis ceu minus inſtructi irridentur. 1. cum ſi in horum conſiliorum lectione plurimum temporis cõſumpſerint, ad oẽs [1. l. 1. vbi Cy de acqus. poſ.] *rabularum captiones habeant promptiſſima remedia. memini tamen Paulum Picum præceptorem meum, cuius extant aliquot in iure noſtro libri, contra diſſerentem audiſſe. Is magno natu, & mediocribus facultatibus, obdurauerat tamẽ ad eam diem, ne cuiquam conſilium petenti morem gereret, in eoſq́; inuehebatur, qui cum publicè honoraria ob profitendi munus acciperent, neglecta auditorum vtilitate ſcribendis reſponſis vacarent: nec enim poſſe eos vtrumq; munus rectè ſubire. Domitium Vlpianum, qui tot opera in iure noſtro compoſuerit, duos dumtaxat reſpõſorum libros edidiſſe. Veteres Actium, Accurſium, Dynum, Bartolum pauciſſima cõſilia compoſuiſſe: idemq́ eius temporis ſpectatiſſimos iuriſconſultos feciſſe. Ignoſcẽdum quidem fuiſſe Baldo, ſi cum modicum in patria ſtipendium docendi cauſa conſequeretur (etenim Peruſij tenuia præſtantur honoraria) plurimum conſultando etiā impendiſſe, ne minus opulentè ageret, quàm virtus ſua mereretur: quamuis ſatis appareat eum vtrique prouinciæ ſuffeciſſe, tot interpretationum volumina condiderit, vt nullam iuris noſtri partem intactam reliquerit. At inquiebat ipſe, quid dicemus de Socino, Corneo, Ruino, Pariſio, qui magna reſponſorum volumina modica interpretationum reliquerunt? nempè quod apud Ariſtophanem in nubibus, videntur ij contraria Philopœmeni fortuna. ventrẽ quidem habere, manus, & caput non habere, vt meritò Ruinus quandoq; exclamarit. 2. multum perdidi, non dico de pecunia, ſed* [2. Reg. li. ſolu. ma.] *de ſenſu. arguit enim non ſanam hominis mẽtem, ambitionemq́ immoderatam tot conſiliorum editio. oportet quidem egregio, & magni nominis patrono varias incidere ſpecies, in quibus quandoq; cliens bonam cauſam habeat, quandoq; malam. aliquando non ſatis liqueat, quid iuris ſit, contingit & quandoq;: vt dum res ſub cultro eſt, liberalis ſit litigator, & honorarij magnitudine diligentiam aduocati prouocet: plerumque alij ſint auari, & ceu chiragrici, qui nihil, aut minimum porrigant, adeò vt eos non dignos patronus exiſtimet, quos magno ſuo labore tueatur. quomodo in tam varijs caſibus o nia ceu pari diligentia compoſita quis edat? neceſſarium certè eſt tali libro ineſſe omnis generis farraginem, & de eo vulgatum illud dici.*

Sunt bona, ſunt quædã mediocria, ſunt mala plura.
Qui legis, hic aliter non fit amice liber.

Excuſat

Excuſat ſe in præfatione operis Pariſius quòd eadem ſæpius repetierit. Quis coegit eum peccare, vt ſe excuſaret? quantò magis fuerat ea ſummouere, ne vſquam apparerent, atque in lucem edi poſſent: exeunt enim quandoque etiam præter authoris ipſius ſententiam. dederat in publicum Alexander quinque reſponſorum volumina, dederat Socinus duo, vterque plurima ſuppreſſerat, quòd in eis multa eſſent aduerſus veritatem ſcripta, quibus tenebræ oculis iudicum offenderentur, ſiue id gratijs, ſiue Pluto datum eſſet, at eis defunctis inuenti ſunt, qui hæc quoque damnata publicarent, atque magnum ſe decus nomini. ipſorum adijcere exiſtimarent, vnde probrum, & ignominiam potius adſpergerent. ſic ſextum, ſeptimumque Alexandri, tertium, quartumque Socini tomum habemus. quanto honeſtior eſſet Caſtrenſis, & Bartholomæi, Socini fama ſi eorum reſponſa non extarent, etenim qui malam cauſam habent, cum iudicij examen formident ad celeberrimi cuiuſque nominis profeſſorem accurrunt, & precibus, pretioque exorant, vt ſuſcipere cauſam ſuam velit; at ille omni ingenij acumine, ſummis viribus contendit, vt eum adiuuet, exemplumque inſinceri illius rhetoris, nempè Protagoræ imitaturs qui (vt eſt apud A. Gellium) profitebatur ſe docere, qua verborum induſtria cauſa infirmior vinceret, & ſuperior efficeretur hac certe in re, quò quis eſt ingenio acutior eò periculoſius peccat. prætulerim ego Barbatiæ Iaſonis, Pariſij conſilia, ijs, quæ Socinus, aut Decius edidit, quod illi craſſiore Mineruæ viri, quoties malè conſulunt, tam apertè, & palam, tam rudibus rationibus id faciant, vt ſtatim deprehendi fucus poſſit: oporteatq; egregie bardum illum eſſe iudicem, qui non videat. contra Decius, aut Bartholomæus Socinus ſubtili viri ingenio tam diſſimulanter, tam cautè in hoc delinquunt, vt etiam peritos

1\. Deci. cõſ. 171. in fi.

poſſint fallere. Deci. 1. ſola ſubſcriptione ſe crimen iſtud diluere arbitratur, cum in ea non affirmat ita iuris eſſe, ſed ſimpliciter ea ſcripſiſſe atteſtatur, vt melius cogitãdi materia præſtaretur. Sanazarius ne clientem abſque reſponſo dimitteret aliquid ex facti ſpecie mutabat, ſatisq; habebat, ſi conſilium ſuum rectè ſecundùm ius procederet; nec multùm curabat quòd propter facti mutationem nil clienti prodeſſet. Caſtrenſis, & Lapus non conſilia, ſed allegationes ſe ſcripſiſſe cauſabantur, et ideò in eis verum et ad amuſſim exigendum non eſſe equidem videntur mihi iſti vetus exemplum declamatorum in vſum reuocaſſe, qui aſſidentes cum pueris controuerſiarum argumenta tractabant, & quicquid in mentem eis venerat, adducebant, rationes veras falſis commiſcebant, nec quibus quodq; argumentum caſibus procederet diſtinguebant, at contra veteres iuriſconſulti ſtatim iugulum cauſæ appetebant. cum enim in omni controuerſia vna dumtaxat ſit ratio, quæ eam finiat, ſatis illi habebant, ſi eam adducerent, cætera ceu minus neceſſaria ſophiſtis, & declamatoribus iiſcè relinquebant, at iſti iam omnia confuderunt, laberinthisq; implicarunt. O` miſerum, imperitumq; illum iudicem, qui ex iiſcè conſilijs magis pendeat, quàm ex dogmatibus ordinario loco à doctoribus traditis. non congrediar cum minutis iſtis, & (vt Plautus ait) patellarijs Deis, ſed tamquam Cyclops Homericus iſtorum Iouem, nempè Alexandrum Tartaricum prouocabo, dicamq; quid mihi vſu venerit, cum primum eius reſponſa publicum accepere, emptis de bibliopola his libris, primum conſilium maxima auiditate perlegi, cœpit diſplicere, quòd videbam id eum agere, vt iudicem circumueniret, & communiter approbatæ ſententiæ, quæ contra ipſum ſtabat, non aduerteret, progreſſus tamen ſum ad ſecundum, in quo deprehendi eum vulgaribus quibuſdam dictis inuitis at punctum cauſa, qui aduerſus ſe erat, ne attingere quidem. Itaque reiecto de manibus libro, valeant (inquam) Alexander, conſilia hæc tua: ego longè pluris quas vocant lecturas tuas facio. & hæc quidem Picus diſſerebat, videbaturq; plura dicturus, niſi ex auditorum vultu deprehendiſſet ingrata eorum auribus eſſe, quæ de Alexandro narrabat: quòd eius auctoritas quodammodo ſacroſancta nullis ſubijci deberet accuſationibus. ego tamen paulò curioſior non permiſi excidere, quod de primis illis reſponſis dixerat, & cum domum me contuliſſem, eaque legiſſem, haud quaquam negligenda eſſe deprehendi, quæ in eis Picus notauerat; teſtator Raymundo & poſthumo filijs inſtitutis, poſthumo ipſum Raymundum ſubſtituerat; Raymundo verò legem teſtamenti ſeruanti ſi decederet quandocunque ſine liberis, Antonium ſubſtituit, Antonio ſi decederet abſque liberis, Bernardum, vel eo mortuo eius filios, quibus non exiſtentibus Tomaſium, & eo non extante tandem ſubſtituit Bareſium nepotem ſuum, & eius filios; poſthumus non eſt natus, Raymundus, viuo teſtatore abſque filijs deceſſit, Antonius, Bernardus, Tomaſius, & ipſi ante diem fideicommiſſi obierant ſuperſtitibus nepotibus & Bareſio. reſpondit Alexander, caſum ſubſtitutionis non eueniſſe, quia conditiones defecerunt, cum Raymundus non fuerit hæres, neque legem teſtamenti ſeruauerit, alijque ſubſtituti prædeceſſerint ideoq; teſtatorem inteſtatum deceſiſſe videri, quod et Corneus cenſuit. 1. ego contrarium verius arbitror; quia Antonius Raymundo eſt compendioſè ſubſtitutus, in qua cõpendioſa receptiſſimum eſt vulgarem cõtineri 2. ex qua vulgari filij, ſeu nepotes Bareſij ſunt admittendi quia ceſſantibus medijs ſubſtitutionibus, qui vltimò gradu vocatur eſt potior: 3. quod procedit etiam ſi conditio non eueniſſet. 4. quia tales conditiones ad cauſam fideicommiſſi reſpiciunt, non quando ex vulgari ſucceditur. 5. & conditio, ſi legem teſtamenti ſeruauerit, non debet impedimento eſſe iſtis nepoti-

1\. cõſ. 199. in 1.

2\. Bar. l. cẽturio.

3\. l. § diu. vl. ff. de acqui. hære. vbi Arett.

4\. Ale. 193 in 6. Dec. 417. Cur. Iun. 89.

5\. l. coher. vbi dixi. de vul.

 bus, ne ſi

bus, ne ſit in Raymondi grauati facultate eludere fideicommiſſarium, 6. nam quod deinde ſubycit, ſuprascripto caſu appellatione filiorum non contineri ne potes, falſum eſt, et alibi à me reprobatũ. 7. Trãſeo ad, ſecundum reſponſum. teſtator ſubſtituerat hæredibus vt ſi ſine filys legitimis & naturalibus deceßiſſent, reſtituerent hereditatem Nicolao. deceſſerat hæres relicto filio, quem cum ipſe in ſacris eſſet, ſuſceperat, eumq; reſcripto Pontificis ampliſſimo ad legitima iura reduxerat. reſpondit Alexander defeciße conditionem: quia non dicitur hic hæres abſque filio legitimo, & naturali deceſſiſſe. diſputatque diffuſe de Pontificis poteſtate, vt & legitimati ijdem etiam legitimi ſint: ſed omiſit Alexander ſcrupuloſum illud, quòd hic filius non ſacerdotis, ſed vulgi filius à lege præſumitur, & incerto patre natus cenſetur. 8. & quamuis cum ſacerdos pro filio tractauerit, hic tamen tractatus ad alterius bona percipienda non ſufficit: 9. poſſet fortè prodeſſe, vt legitimatus iſte ſuccederet patri, non vt teſtatori, qui fideicommiſſum reliquit, vnde verius eſt ſuprascripto caſu locum eſſe fideicommiſſo. 10. cum iſte probare non poßit ſe eſſe filium, nec talem legis præſumptionem Pontificium diploma ſuſtulit: cum crediderit Pontifex hæredi affirmanti ſuum eſſe filium, qui non erat, nec in ys, quæ facti ſunt, quicquam mutaſſe videri poßit: alioquin, quid abſurdius, quàm verbis meretriculæ credentem, aut de brephotrophio clam accipientem ius alterius perimere? Quæ à me hìc obiter dicta maioris quidem ſunt ponderis, quàm vt tam ſuccintè, & leui manu tractarentur, ſed ſatis ſit dumtaxat attigiſſe, vt non temerè locutum eſſe Picum oſtenderem, ſtudioſosq; admonerem, ne vllis conſilys certam omnino fidem adhiberent, vineta interim cedam mea iuxta Flacci carmen. Audiui ſæpißime conquerentem Ruinum, quòd aduerſus ſua conſilia vulgò pronunciaretur, iudicesq; imperitiæ damnantem, cum illi vice mutua eum ſani iudicy fuiſſe negarent: & certè ego ſemper pro iudice magis præſumerem: vt cum id munus ipſi ſpecialiter incumbat, famæq; & conſcientiæ ſuæ periculo agat, plura ipſe viderit, diligentius perpenderit, maiore acrimonia, diutioreq; ſtudio ſit vſus: cum contra aduocatus, dum ea, quæ in rem clientis ſui ſunt, adducat, cætera ſecurus nihil vltra teneatur inquirere: qđ & Græcus poeta Palladas videtur mihi ſenſiſſe.

6.l fideic. de cõ si.& de monſt. 7.in l. ſi liuaſ. §. di ai.de le. 1

8.l ſ. de in ius voc. l. 3. C ſolu. matr. 9.d l fidei cõ.de cõd. & demõ. Abb.c.innotuit. de elect. 10.laſ cõſ.102.ver ſi.4. in 4.

Imperium quæ ſerua fuit, ne ſumat herilè.
  Hoc vetus eſt, aliud nunc tibi dico nouum.
Quiſquis cauſidicus fuit, is ne iudicet vnquam
  Rhetore ſit quamuis doctior Iſocratè.
Venali vir lingua, & opes acquirere ſuetus.
  Iudicium haud vnquam ſordibus abſq; feret.

TIBERII DECIANI IVRISC. VTINENSIS APOLOGIA

PRO IVRIS PRVDENTIBVS, QVI RESPONSA SVA EDVNT

Imprimenda aduerſus dicta per Alciatum
parergon Lib. xii. Cap. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſcconſultorum quatuor munera,*
2 *Interpretandi & reſpõdendi munera maximo ſem per in honore habita. & nu. 4.*
Reſpondendi de iure munus maximo in honore habitum.
Formulas concipiendi & cauendi munera nunquã fuerunt magnæ exiſtimationis.
Cautiones Iuriſconſultorum non ſemper in magna ſunt habitæ exiſtimatione.
3 *Pragmatici qui.*
5 *Alciati laus, & nu. 9.*
6 *Alcia. parerg. c. vlti. reprehendit euulgantes reſponſa ſua.*
7 *Et malè.*
8 *Cardinalis Alciati iudicium de parerg. Alciati & quomodo Andream Alciatum excuſet.*
10 *Excuſatio authoris quòd ediderit reſponſa.*
11 *Ordo quem ſequuturus eſt author in hac Apologia.*

CAPVT PRIMVM.

1 CVM qoatuor ſint iuriſcon
ſultorum munera, videli-
cet iudiciorum & actio-
nũ formulas ex iure præ-
ſcribere, cautiones, pa-
ctionibus, teſtamentis, at
que alijs priuatorum ne-
gocijs dictare leges, atq;
hominum voluntates, in-
terpretari, demum & de
ſingulis, quæ in legibus, aut prorſus omiſſa, aut am-
biguè ſcripta ſunt, ex bono, & æquo reſpondere, vt
in Topicis, & pro Murena, & de oratore, & alibi ſæ
2 pè docet Cicero: † Duo hæc poſtremo loco enume
rata maximè ſemper in honore, ac in ſummo digni
tatis gradu omnium opinione conſtituta fuerunt:
cum tamen priora illa duo ambitioſa nimium, & ca
ptioſa fuerint exiſtimata, vt idem Tull. lib. de legi-
3 bus ſcribit. † Quibus qui vacabant à Græcis pragma
tici, à latinis leguleí, & cauti, & acuti actionum præ
cones, cantoresque formularum nuncupabantur:
vt idem author eſt Tull. lib. 1. de oratore. & Quinti-
lia. lib. 12. c. 3. adeo vt nil mirum ſit, ſi duo illa prio-
ra munera hodie reiecta, ac prorſus abolita eſſe le-
gimus à Conſtantino Imperatore in l. j. C. de for-
mul. ſubla. tanquam inſidias quaſdam, & cauillatio
num aucupia. cum tamen ij qui duobus his poſterio
ribus officijs functi rectè fuerunt, maximam, atque
ampliſſimam dignitatem, & authoritatem ſibi com
4 pararint: † nil enim (vt his fermè verbis ſcribit
Tull. in primo de oratore) ad conciliandum homi-
num gratiam aptius, nil ad augendum dignitatem
conducibilius, nil denique ad ornandam, & cele-
brandam ſenectutem honeſtius refugium eſſe po-
teſt, quàm ius ſumma cum grauitate interpretari,
Regibus, populis, ac ciuibus omnibus conſilium ex
pectoribus præbere, & de iure interrogantibus
reſpondere.
5 Verùm † cùm nuper legiſſem caput vltimum libri
12. parergon Andreæ Alciati viri equidem multi-
iugæ ſcientiæ, atque eruditionis laude perceleberis.
6 † Quo in loco multis rationibus perſuadere cona-
tur non conducere hodie publicæ vtilitati reſpon-
ſa noſtrorum iuriſperitorum, quæ conſilia vocamus
euulgare, atque impreſſa omnibus legenda com-
municare: ideo reprehendendos eſſe, qui reſponſo
rum ſuorum volumina publicant, atque imprimi
conſentiunt. Huius authoritate viri commotus pri
mùm ſubſtiti, atque in eius ſententiam me trahi fe-
7 rè paſſus ſum: † at cùm diligentius, atque accuratius
omnia perpendiſſem, quæ ad ſuam opinionem fun
dandum ſcribit, dolerem q; iuriſperitos noſtri ſecu-
li hoc laudis genere, quod ſemper apud omnes in a

xiii uiu

ximum ſuit,tanti viri authoritate labefactari, facile
pedem retuli, & contrariæ ſententiæ iamdiu com-
muni omnium calculo receptæ, me quoque ſubſcri
pſi: parum vrgere arbitratus, quæ Alciatus pro ſuo
paradoxo ſuadendo eo in loco deduxit.
8 †In qua quidem ſententia me valde confirmauit
authoritas Illuſtriſs.ac Reuerend. Cardinalis Fran
ciſci Alciati bonorum tum animi,tum fortunæ eiuſ
dem Andreæ meritiſſimi hæredis: qui ſentiens An-
dreæ opinionem præduram eſſe nimium, & abſur-
dam,in epiſtola ad lectorem,quam præpoſuit con-
ſilijs Andreæ impreſsis, illum pluribus excuſare co
natur, quòd in malos tantùm, ac de iure perperam
reſpondentes parergon illud ſcripſerit, non in bo-
nos,quos imo laudabat plurimùm, & extollebat.
Quam quidem excuſationem admitto ego, & lu
9 bēs Andreæ manib. condono † cuius ingenium non
modo ſuſpexi ſemper, ſed ēt amaui, & amplexatus
ſum,ꝙ is primùm noſtris tpibus ius ciuile cum elo-
quentia,& antiquis lectionib. vtriuſq; linguæ coniū
xerit,politiorēq; reddiderit hanc noſtrā diſciplinā.
Quantùm autem in ſe momenti habeant excuſa-
tiones illæ, alij viderint; laudandus tamen Franci-
ſcus Cardinalis, quòd piam gratitudinem erga de
ſe benemeritum Andream exercens,potius excuſa
re voluit,vt potuit,quàm ingratus tacere,nullumq;
prorſus afferre excuſationis colorem.
10 Quare† cum & ego aliorum ſequutus morem,ac
multorū adhortationib. expugnatus rñſa quædam
mea in publicum edi conſentirem,veritus nè Alcia
ti authoritate obiecta reprchēderer,volui præfatio
nis loco rationes quaſdam præſcribere,quib. addu
cor, vt eius ſnīæ aduerſer & putem publicæ vtilitati
ſp, & maximè quidem profuiſſe, atque non minus
nunc conferre iuriſconſultorum noſtri ſeculi rñſa
oībus legenda euulgari:non ꝙ putē hęc mea reſpon
ſa ea rōne editionem mereri, ꝙ oībus numeris ſint
abſoluta,& alijs,quæ excuſſa ſunt meliora, qđ neq;
arroganter contendo, neque imprudenter aſſero.
mediocria enim agnoſco in me oīa,aut forte multo
ēt minora, cuius rei hoc certum ſit argumētum, ꝙ
tā difficilis,ac moroſus fuerim, & ingenio meo diffi
dens,& vſq; ad hæc tempora nihil ſtudiorum meo-
rum euulgatione dignū ſim arbitratus,ſed hæc paſ-
ſus ſum nunc euulgari,vt me,qualiſcunque ſim,ali-
quando vixiſſe, neque ocioſum ſemper fuiſſe con-
ſtet; & vt alios clariſſimos iuriſconſultos, qui ante
me ſua reſponſa euulgarunt, ab Alciati morſu hac
apologia tuear, atque defendam, tam & ſi eorum
præclara monumenta ipſos facilè à calumnia vin-
dicent, atque tueantur.
11 Quod † vt commodiùs faciā præſtituto mihi hoc
ordine procedam, vt primò de ſignificatione, ac vi
huius nominis,reſponſa, & eorum origine; deinde
quam olim tenuerint authoritatē, mox de eorum
vtilitate,& editione differā,poſtremò omnia Alcia
ti obiecta contra eorum publicationem diluam, &
demum de officio conſultoris aliqua proponam.

DE SIGNIFICATIONE
HORVM NOMINVM,
RESPONSA ET CONSILIA. CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Dictum ſcriptum, Reſponſum, & reſcriptùm, quo modo differant.*
2 *Dictum quid ſit.*
3 *Scriptum quid ſit. & nu. 4.*
4 *Actiones propriæ ſcribi dicuntur.*
5 *Præſcribere quid ſit.*
6 *Reſcriptum quid ſit.*
7 *Et quomodo differat à reſponſo.*
8 *Reſponſa iuriſprudentum quæ. & nu. ſeq.*
9 *Sententiæ & opiniones quid, & quomodo differant à reſponſis.*
10 *Opiniones quę, & quid differant à reſponſis, & nume. 9. & 11.*
12 *Reſponſa prudentum in latiori ſignificatione quid. & nume. 13.*
14 *Reſponſa propriè & de quibus eſt ſermo, quid.*
15 *Conſilium quid.*

1 RESPONSVM quid differat à di-
cto, ſcripto, & reſcripto ſatis aper-
tum eſſe omnibus arbitror dictum
enim eſt quæcunque elocutio voce,
vel ad interrogationem, vel ſine in-
terrogatione prolata, ſcriptum verò
dicitur mentis conceptus chartis, ac literis exara-
tus vel ſpontè,vel ad alterius interrogationem. re-
ſcriptum autem eſt ſcriptura, qua Principes, libello
ſe, de iure conſulentibus reſpondebant, reſpōſum
tamē dicitur dictum, ſeu ſcriptum ad alterius cuiuſ
que interrogationem datum.
2 De † dicto id docet Vlpian. in l. ſciendum. §. di-
3 ctum.ff.de ædil.edic. & † de ſcripto ad interrogatio
nem loquitur Pompo.in l.2.§. poſt hunc.max. in fi.
ff.de orig. iur. dum agens de more iuriſcōſultorum
inquit. ſed plerunque iudicibus ipſi ſcribebant; ad
quod alludens Cicero arguit Trebatium iuriſcon-
ſultum ſibi valde familiarem,lib. epiſt.7. his verbis.
iam lautus es, qui graueris ad nos literas dare, ho-
mini præſertim domeſtico, quòd ſi ſcribere oblitus
es minus multi iā te aduocato cauſa cadent, vbi am
biguitate verbi ſcribere, quod & ad epiſtolas, & ad
cautiones,& ad reſpōſa referri poterat, iocatus es.
4 Scriptum † ergo,quod attinet ad iuriſconſultos,
generale nomen eſt, & comprehendit omnia quæ
ipſi ſponte ſua ſcribunt vel ſcribenda dictant,ad in
terpretationem legum, edictorum, cōſtitutionum,
ſenatuſconſultorum, vel ſcitorum plebis vel quæ-
ſtiones proponendo, vel tractatus de varijs iuris ar
ticulis componēdo, propriè autem ſcribi actiones
dicebantur à iuriſconſultis, vt Claudium actiones
ſcripſiſſe tradit Pomp.in l.2.§.iuris ciuilis. verſ.fuit
autem. de orig. iur. & Plinius ad Capitonem ſcri-
bēs inquit,potes ſimul & ſcribere actiones,& com-
ponere hiſtoriam.
5 Præſcribere † autem dicebantur Iuriſconſulti,cū
ſuis clientibus præſcribebant, quibus ad ſuum ius
proſequendum vti debebant, vt de ſex. Aelio. & Ti.
Corancanio teſtabatur Tul. de ſenectute, quòd ſi
plures quis conſuluiſſet,& ſecūdus diſſentiret à pri
mo,hac loquendi forma vtebatur conſulens. de ea
dem re alio modo, quem alium modum ibi ſtatim
præſcribebant;vt monet Tul.in oratore, & libr.13.
epiſt.famil.quod etiam obſeruauit Petrus Fabri,Se
meſt.quæſtionum lib. 1.c.21.
6 Reſcripta † vero ſunt,quibus Imperatores conſu-
lentibus de iure,vel per libellum, vel alio modo re
ſpondebant,vt teſtatur Vlpia.in l.1.§.j. ff.de appel.
his verbis

bis verbis. Quæſitum eſt, an adnerſus reſcriptum Principis prouocari poſſit, fortè ſi preſes prouincię, aut quis alius cōſuluerit, & ad conſulrationē eius fecerit reſcriptū. idem probatur in l.j. & toto ti. C. de diuer. reſcrip. & in l. ſed addes. §. fi. ff. loca. & paſſim colligi poteſt ex omnibus ferè præſcriptionibus ad ll. Codicis, quibus nomina Imperatotum, qui eas leges promulgarunt, inſcribuntur, ſed & reſcripta dicebantur inriſconſultorum, quando ad conſultationem, & interrogationem aliquorum epiſtolis ab abſentibus factum reſcripto & ipſi reſpondebant.

7 Intet † reſponſum autem, & reſcriptum hæc eſt differentia, quòd reſcriptum datur abſenti, reſponſnm autem pręſenti. vt annotauit Seneca lib. 9. epiſ. dum inquit. ſi quando intetueniunt epiſtolæ tuæ recū mihi eſſe videor, & ſic afficior aío, ramquam tibi non reſcribam, ſed reſpondeam.

8 Reſponſum † autem poſtremò generaliter ſumptum eſt omne ſcriptum, ſiue dictum ad alterius intetrogatiouem, vt reſponſum in ſtipulatione. l.j. & tot. tit. ff. de verborum obligationibus, & inſtit. eo. cui ſignificationi ad demonſtrandum differentiam inter dictum, & reſponſum conſonat illud Terentij in prologo Eunuchi dicētis. Sciat boc uon dictum, ſed reſponſum eſſe.

Quòd verò artinet ad materiam, de qua agimus reſponſa prudentum ſic definit Iuſtinianus in §. reſponſa prudentum. inſti. de iur. nat. gen. & ciu. (Reſponſa prudentum ſunr ſententiæ, & opiniones eorum, quibus permiſſum erar iura condere, vel (vt aſi qui emeudant) ſic; quibus permiſſum erat à Principe de iure reſpōdere à quibus recedere indici non
9 licebat. ex † quibus verbis colligunt quidam, reſpōſa prudentum diuidi iu ſenrētias, & opinioues tam quam genus in ſuas ſpecies, vt ſentennæ iuriſconſultorum (ſecundùm Thophilum gręcum illius loci paraphraſtem) ſint certæ, atq; indubiæ reſponſiones, vt cum iuriſprudenres interrogati abſq; vlla hæſitatione reſpondent; opiniones verò ſinr ſuſpenſæ, atque cum titubatione ptolatæ reſpouſiones, vt cum his verbis vtunrur inriſconſulti, puto, exiſtimo, videmr, forte videndum eſt, & ſimilibus, quorum exempla cum innumera habeamus in pandectis, ſufficiet hic vnum indicare locum, quo & formulæ, ſenrentiæ indubiæ & certæ, ac etiam dnbiæ opiniones explicantur. Vlpia. in l. item veniūt. in prin. ff. de peti. hæred. ſic ſcriptum teliquit (& quidem ſi pecnnia hæreditaria ſit comparata, ſine dubio venient, ſi verò non pecunia hæreditaria videndum erit, an veniant, & puto etiam hæc venire.)

10 Ego † verò nimium ſubrilem, ne dicam ſcrupuloſam eiſe arbitror hanc differentiam, & vix adduci poſſum, vt credam Iuſtinianum eò loci differētiam vllam inter opiniones, & ſentennas voluiſſe indicare, quod vt affirmē, hoc præcipuè me mouet, quod videam in indice librorum à iuriſprudentibus ſctiptorum, qui libris pandectarum præpoſitus eſt, conſtare Vlpianum ſex opinionum libros compoſuiſſe, ex quibus digeſtorum compilatores multa ſub varijs titulis in pandectis trāſcripſerunt, in quibus non paſſim, & ſemper leges verba dubitationem ſignificantia, aut titubarionem iuriſcōſulti. quinimo in l. ne ſariſdatio. ff. rem rat. hab. quæ ſumpta eſt ex libro j. opinionum Vlpiani, leges eum proponentē indubiam, & certam ſententiam his verbis. (Quòd ſi iudicatum ſolui ſatis ab eo procuratore poſtuletur, neceſſe eſt, vt iuri manifeſto pareatur.) & in l. ſi conſtet. ff. de appel la. quæ ſumpta fuit ex libro opinionum 2. eiuſdem Vlpiani hæc verba leguntur dubitationem omnem excludeutia. videlicet (Appellario in re tam manifeſta ſuperuacua fuit.) & idem in pluribus alijs legibus ex libris opinionum tranſumptis ſcriptum reperies. cum tamen cont. a in libris Pauli ad filium quos inſcripſit titulo receptarū ſenteniiatum, multotiea legatur. Paulum vſum eſſe verbis dubitationem, & hæſitationem indicanribus, vt dum in libro primo ſcribit. (pacto cōuenuto Aquiliana ſtipulatio iubijci ſolet, ſed conſultius videtur, & quæ ſequuntur.) & in eodem libro ſæpiſſimè vtitur verbo, videtur, quod dubitationem oſtendit, vt dum ſub tir. de reſtir. in integ. inquit (per quem domo excluſit, vt rem ſibi mancipares, aut promitteret extorſiſſe mancipationem, videtnr) & mox ſeqnuntur hæc verba. (Qui quem ferro vinxit, vt ſibi rem aliquam traderet vel venderet, vim intuliſſe videtur.) & in tit. de ſerui. eo. lib. leguntur etiam hæc verba, (viam, irer, actum, qui biennio vſus non eſt, amiſiſſe videtur) & alia ſimilia ſæpiſsimè in libris illis reperiuntur: & tamen libri ipſi non modò inſcribuntur de ſententijs, ſed additur etiam receptis, quaſi ꝙ niſi vſu receptæ fuiſſent, & ſecundùm eas iudicatum, certā non haberent iuris deciſionē; cùm eſſent opiniones tm̄, quæ non inducerēt iuris neceſſitatē.

11 His † ergo facilè adducor, vt credam Iuſtinianū in d. §. reſponſa prudentum, noluiſſe diuidere reſpōſa in ſentētias, & opinioues tamquam genus in ſuas ſpecies, ſed cum his duabus vocibus vſum fuiſſe tāquam ſynonimis, & idem ſignificantibus: cum hæc plurium vocum idem ſignificantia congeſtio uoua non ſit. vt docet Bar. & poſt eum alij ſcribentes, & præcipuè Cornel. in l. ſi idem. C. de codicill. & in l. teſtamentum. C. de teſtamen. cum multis concordant. quos citat Pariſ. couſil. r 10. numer. 45. in primo, quæ licèt in definitionibus ſecundùm præcepta Ariſtotilis, & Tullij non admittatur, in deſcriptionibus tamen, qnalis eſt iſta, tolerari poſſunt.

12 Hoc † tamen porrò ſentio, Iuſtinianum eo loco accepiſſe verba illa, reſponſa prudentum, iu latiori ſignificatione, vt non modò comprebenheret ſcripta iuriſprudentum ad iuterrogationem couſultantium, ſed etiā interpretationes, ac tractatus, & omnia deniq; eorum ſcripta, quod ex verbis ſequentibus manifeſtè cōprehenditur, dum inquit (Reſponſa prudentum ſunt ſententiæ, & opin ones eorum, quibus præmiſſum erat iura condere, ſic enim lego in omnibus antiquis libris) quo fit, vt nimium audaces fuerinr, qui emendarunt verba illa, quibus permiſſum erat iura cōdere ſic. quibns permiſſum erat de iure reſpnndere. nam & verba, quæ ſequuutur, hoc indicant, dum dicitur. (nam antiquitus conſtiturum erat, vt eſſent, qui iura publicè interpretarentur, quibus à Cęſare ius reſpondendi datum eſt, qui iuriſconſulti appellabantur, quorum omnium ſententiæ, & opiniones cam authoritatem baberent, vt iudici recedere ab eorum reſponſis non liceret.) Conſtar ergo Iuſtiniannm reſponſotum appellarione voluiſſe comprehēdere interpretationes, & om-
13 nia alia ſcripta iuriſconſultorum. † Quod certo certius comprobatur ex couſtitutione Theodoſij, & Valentiniani in C. Theodoſiano in tit. de reſponſis prudentum. vbi quāquam titulus ille ſit conceptus illis verbis de reſponſis prudentum, attamen in illa conſtitutione non modò reſponſa ad intertogationem conſultantium comprobantur, vt vim legis habeant, ſed & omnia ſcripta eorum, qui ibi nominātur, & omnia, quæ ex eorum libris recitantur. ſic ergo concludendum puto: reſponſa ptudentnm generaliori vocabuli ſignificatioue omnia iuriſptu

dentuu

dentum ſcripta cõprehendiſſe Iuſtinianum in d.§.
rũſa, propriè autem ſumpto vocabulo ea dumtaxat
comprehẽdi ſcripta, quæ ad interrogationem vel iu
dicis, vel priuati cuiuſque rñdebant iuriſconſulti.
14 Nos † vero hoc in loco proprietatem verborum
ſequuti, de ijs dumtaxat reſponſis agemus, quæ ad
cuiuſpiam interrogationem data fuerunt, & hodie
quoque dari ſolent, quæ nos conſilia vocamus. de
cuius vocis ſignificatione ne in æquiuoco labore-
15 mus, hoc ſciendum eſt, † vocem hanc, cõſilium, mul
tijugæ ſignificationis exiſtere. conſilium enim in la
tiori ſignificatione ſumptum, ſignificat, & animum,
& mentem, & propoſitum alicuius cum aliqua de-
liberatione firmatum, vt paſsim apud latinos autho
tes legitur, & apud nos in l. non nunquam. in princ.
ff. de colla. bono. dum dicitur, quòd Prætor conſi-
lium ſuum mutãtem non aſpernatur, & in l. ſi quid
fur. §. j. ff. de fur. conſilium etiam dicitur conuentus
plurium ad aliquid ſimul conſultandum, inde con-
ſilium, & conſiliarii Principis. l. humanum. C. de le-
gi. item dicitur conſilium, iudicum conuentus, de
quo in l. j. de offi. conſul. & in l. 2. ff. de officio eius, &
in l. qui potuerunt. ff. de manumiſſ. teſta. & paſſim to
to tit. man. vind. Hinc illæ formulæ, conſilium præ-
bere, exercere, & in cõſilium adhiberi, vt per Alcia.
parer. lib. j. c. 4. conſilium etiam dicitur, quod vnus,
vel plures alteri dant vel petenti, vel non, quod nun
quã obligat, niſi dolus intercedat. l. 2. in fin. ff. man
da. & in l. j. §. perſuadere. ff. de ſeru. cor. & in l. conſi-
lij. ff. de reg. iur. & in §. ope, & conſilio. inſtit. de ob-
liga. quæ ex delic. his autem vocibus conſilium da-
re, & præbere communi vſu loquendi hodie ſignifi
camus ipſum reſpõſum iuriſperiti in propria, & ſtri-
ctiori ſignificatione ſumptum, quando ſcilicet iuriſ
conſultus vel iudici, vel litigatori ſcriptis conſilium
exhibet, legibus, rationibus & authoritatibus com
probatum. nam & Grammatici dicunt, ideò conſi-
lium dictum eſſe, quod plures rationes in vnam ſen
tentiam conſiliant, id eſt aſſultent. & hæc ſufficiant
de ſignificatione ſuprascriptarũ vocum dixiſſe, nũc
de reſponſorum origine, atque authoritate ſecun-
dùm propoſitum ordinem dicendum eſt.

DE ORIGINE RESPONSORVM.

IN GENERE CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſorum origo.*
2 *Et quòd à Deo originem habuerint.*
3 *Reſponſa Oraculorum gentilium.*
4 *Iuriſconſultorum domus oraculum Ciuitatis.*
5 *Iuriſconſulti ſacerdotes, & nu. ſeq.*
6 *Conſus Deus conſilij.*

1 RESPONSORVM origo & anti-
quiſſima eſt, & propè diuina cenſen
da, nam & in ſacris litteris legimus
à Deo opt. Max. Hebræis reſponſa
2 data. Abraham † enim patriarcha,
& pater gentium dictus reſponſum
accepit à Dño, progeniem eius poſſeſſuram quan-
doque terram promiſſionis: vt habetur Gene. c. 11.
& Moſes ſecundùm Dei reſponſum tabernaculum
fabricauit, vt teſtatur Paul. ad Hæbre. c. 8. & Prophe
tæ rñſum accipiebant à Deo, vt dicitur Micheæ. c.
3. his verbis. (& confundentur, qui vident viſiones,
quia non eſt reſponſum Dei) & Machab. 7. c. 2. dici
tur. (erat autem in ipſa ſcriptura, quomodo taberna
culum, & arcam iuſſit Propheta diuino reſponſo ad
ſe facto comitari.) & Lucas euangeliſta. c. 2. loquẽs
de Simeone ſacerdote viro iuſto inquit. (Et reſpon
ſum acceperat à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mor
tem, niſi prius videret Chriſtum Deum) & Math. c.
2. dicitur de Magis, (quòd reſponſo accepto in ſom
nis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuer
ſi ſunt in regionem ſuam) & Paul. ad Romanos 11.
Inquit, (& quid dicit illi diuinum reſponſum?) & idẽ
ad Romanos c. 11. inquit (Fide Noe reſponſo acce-
pto de ijs, quæ adhuc non videbantur, aptauit ar-
cam.) & Moſes vti iudex populi Iſrael, cum petere-
tur à filiabus Salphaa. de Tribu Manaſſe, vt mor-
tuo patre ſine deſcendentibus maſculis ipſis fœmi-
nis decerneretur hæreditas paterna: cùm eſſet an-
ceps, quid à ſe iudicandum foret, conſuluit Domi-
num, qui reſpondit, filias Salphaad iuſta petere, vt
habetur Numeri. c. 27. ab Angelis etiam accipiebãt
reſponſum, nam dicitur Actuum. c. 10. quòd Corne
lius Centurio reſponſum accepit ab Angelo ſancto,
vt accerſiret Petrum, quaſi quòd reſpõſum ſemper
datum ſit de rebus arduis, incognitis, & ſoli Deo,
3 vel ſapientibus notis, ſed † & gentiles ſuperſtitioſi
credebant, reſponſa de rebus occultis dari vatibus
à ſuis dijs, quos omnia noſcè credebant, vt probant
verſus illi Virgilij in 9. videlicet.

Si qua friges præ ſe iactant reſponſa deorum.

& Idem in 11.

Sin tot reſponſa ſequuti.
Quæ ſuperi, maneſq; dabant.

Vatum autem & oraculorum reſpõſa pro certis ha-
bebant, quòd ſcilicet ſpiritu diuino afflati rñderent; vt
legitur apud eundem Virg. Georgi. lib. 3. hoc verſu.

Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates.

& idem Aeneidos 4.

Tum ſenior nautes vnum Tritonia Pallas.
Quem docuit, multaq; inſignem reddidit arte
Hæc reſponſa dabat

& Aeneid. 7. dum de Fauno loquens ſic canit.

Hinc Italæ gentes, omniſq; Œnotria Tellus.
In dubijs reſponſa petunt.

& ne credamus hæc luſiſſe poetas dumtaxat, Tull.
quoq; 2. de natura deorum ſic inquit (multa ex aru-
ſpicum reſponſis commemorare,) & alibi ſæpiſſimè
in eodem libro. & in lib. de diuina. & idem j. de ora-
tore, refert verſus hos Ennij, qui multùm conferunt
materiæ, quam tractamus, quibus Pythius Apollo
dicit (ſe eſſe eum, vnde omnes conſilium expectant
ſuarum rerum incerti, quos (inquit) mea ope ex in-
certis certos, compoteſque conſilij dimitto, ne res
4 temere tractent turbidas.) Quo † factum eſt, vt ele-
ganti metaphora Tull. ibidem domos iuriſconſulto
tum, oracula ciuitatis appellauerit, quòd ſcilicet ſi-
cut gentiles à ſuis dijs conſilium expetebant, à quo
rum reſponſis ſacrilegium videbatur recedere: ita
& à iuriſperitis tunc peterentur reſponſa ab ijs, qui
5 lites agebant, tamquam iuris ſui incertis. Hinc † &
iuriſconſultos ſacerdotes iuris appellabat Vlpia. in
l. j. de iuſti. & iur. & Quintil. appellat Seruium Sul-
6 pitium iuris antiſtitem. † quin & quidam ſcriptum
reliquerũt. Conſum deum à Romanis coli, tamquã
conſilij deum, à quo Romolus conſilium de rapien
dis Sabinis habuerit, vt Seruius etiam teſtatur, ex
ponens verſum illum Virgilij in 4.

Et raptas ſine more ſabinas.

& idem aſſerit Aug. de ciui. Dei lib. 5. c. 11. & Ci-
pria. in 4. tractatu de idolorum vanitate. & Arnobi.
in 3. ſcribit, quòd huic Deo Romani templum in
Circo ſub tecto erexerunt: vt indicarent tectum de
bere eſſe conſilium.
7 Exemplo† ergo reſponſorũ à Dijs, vel à Vatibus
datorum originem proculdubio duxerunt pruden
tũ iuris reſponſa, à quibus non modò ciues, & priua
ti, ſed & Reges, & populi, vt ioquit ex Ennio Tul.
loco præcitato, veluti ab oraculis conſilium expete
bant, adeo vt nil mirum ſit, ſi Plato in Theage, con-
ſulentem rem ſacram eſſe teſtatur.

QVO PRIMVM TEMPORE COEPERINT IVRIS PRVDENTES DE IVRE RESPONDERE.

CAPVT IIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſa iuriſprudentum quo primum tempore cœperunt eſſe in vſu.*
2 *Reſponſa dando ius docebant, ſed in occulto primum.*
3 *Tiberius Coruncanius primus cœpit ius ciuile publicè docere.*
4 *Interpretatio legum apud Pontifices.*
Pontifices cuſtodiebant leges
5 *Reſponſa non publicata ante Maſurium Sabinum.*
6 *Reſpondendi ius ab Auguſto deinde à Principibus datum.*
Sigillandi reſponſa ius datum ab Imperatoribus.
7 *Reſponſis data auctoritas à Principibus, quòd ab eis non liceret iudicibus recedere, & ideo tunc euulgari cœperunt.*

QVOD ſi quæramus quo tempore pri
mùm Romæ Iuriſconſulti cœperint
1 de iure reſpondere †id primò di-
cam vſque ad tempora Tib. Corun
canij, qui floruit circa annum ab
vrbe condita 473. Olymp. 25. quo
anno is fuit creatus conſul cum pub. Valerio, qui
etiam primus ex plebe Pont. Max. electus eſt, vt
2 ſcriptum reliquit Liu. lib. 18. † & Tul. pro domo
ſua, & in Lælio, iuriſprudentes oil ſcriptis manda-
runt, neque reſpondendo, neque docendo, neque
interpretando, ſed tantùm in latenti ius ciuile reti
nere conabantur, ſolumque conſultoribus potius,
quàm diſcere volentibus vacabant. Is ergo primus
3 Tiberius †Coruncanius ius ciuile, quod ſola voce,
& in occulto tradi ſolebat, publicè profiteri, &
ſcriptis maodare cœpit, eiuſque reſponſa, & qui-
dem memorabilia publicata fuerunt, tametſi tem-
pore Pomponij iuriſconſulti, & authoris l. 2. ff. de
orig. iur. nullum eius extaret ſcriptũ, vt idem Pom-
po. affirmat in d. l. 2. §. deinde Q. Mutius.

Ex quibus colligimus, ante hunc Tib. Corunca-
nium multos fuiſſe iuriſprudentes, qui conſultan
tibus priuatim de iure reſpondebant, ſed voce, & in
latenti quidem, ne ſcientia illa euulgaretur. & in-
ſuper quòd latis legibus 12. tab. ſtatim in foro cœ-
perit interpretatio iuriſprudentum requiri, quo-
rum opiniones voce dumtaxat (vt dictum eſt) & in
latenti per manus exceptæ ius ciuile, quaſi dixeris,
ius conſuetudinarium, vel ius proprium ciuitatis
Romanæ conſtituerunt vt author eſt idem Pompo.
in d. l. 2. §. his legibus latis.
4 Eo †autem tempore omnes leges, & earum in-
terpretandi ſcientia, & actiones omnes apud col
legium Pontificum veluti apud ſacrarium quod-
dam erant repoſita, donec Gn. Flauius ſcriba Apij
Claudij ſurreptum librum earum actionum ab ip-
ſo Appio compoſitarum populo euulgauit, quod
facinus tam gratum fuit populo, vt Flauium & tri
bunum plebis, & ſenatorem, & ædilem creaue-
rit, vt in dicta l. 2. §. deinde ex his legibus. Quibus
euulgatis actionibus, & interpretationibus pauci
celebrantur iuriſconſulti, quòd ſcilicet illis tantùm
actionibus, & interpretationibus contentus foret
populus, & ſi aliqui extabant, qui in latenti (vt di-
xi) conſultantibus reſpondebant vſque ad tempo-
ra Coruncanij.

Poſtquàm tamen plures maximi nominis iuriſ-
conſulti emerſerunt, qui leges ipſas XII. tabula-
rum, & ius illud ciuile, de quo dictum eſt, ſuis
etiam interpretationibus, ac reſponſis locupleta-
runt, & illuſtrarunt, quos præcitato in loco enu-
merat Pomponius. hos tametſi publicè reſpondiſ-
ſe legam, ac ſuas interpretationes ſcriptis man-
5 daſſe† nullum tamen eorum vſquam legi, reſpon-
ſorum libros aliquando edidiſſe ante tempora Ma
6 ſurij Sabini, qui vixit Auguſti ſeculo † quo pri-
mùm tempore cœpit ab ipſis Princibus ius pu-
blicè reſpondendi iuriſconſultis tradi, cum an-
te illi dumtaxat, qui ſtudiorum ſuorum fiduciam
habebant, conſultantibus reſponderent, neque ta-
meo ea reſponſa ſigillata dabant, ſed plerumque
iudicibus ipſi ſcribebant, aut teſtabantur, qui il-
los conſulebant, vt idem etiam Pompo. in dicta
l. prima. §. poſt hunc, in fin. ff. de origi. iur. ſcriptum
reliquit.

Reſtat igitur, vt credamus, antiquiſſimum fuiſ-
ſe morem iuriſconſultis de iure reſpondendi, ſed
quia publicam authoritatem non habebant, quam
ab Auguſto habere cœperunt, reſponſa ſua ſcri-
ptis non euulgabantur, vt poſtea fieri cœptum eſt,
7 atque etiam ſigillis muniri. † Quo fit, vt meritò
credam authoritatem à Principibus iuriſpruden-
tibus datam de iure reſpondendi fuiſſe in cau-
ſa, vt reſponſa illa euulgari cœperint, vt omnes
poſſent illis vti, & ea ad cauſas ſuas quilibet poſ-
ſet applicare.

DE DIGNITATE ATQVE AVTHORITATE RESPONSORVM ANTE AVGVSTI TEMPORA.

CAPVT V.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſorum auctoritas ante Auguſtum quæ.*
2 *Iuriconſulti veteres qui.*
3 *Iuriconſulti antiqui ſapientes & probi.*
4 *Iuriſconſulti antiqui tranſuerſo ambulabant foro.*
5 *Sapientes appellati Iuriſconſulti.*
6 *Iuriſconſulti antiqui à Stoicis eruditi.*
Stoicorum ſectatores Iuriſconſulti antiqui.
7 *Iuriſconſulti antiqui reſpondentes ſolio ſedebant.*
8 *Non docebant niſi reſpondendo.*
9 *Iuriſconſulti antiqui ante lucem cõſultãtibus uacabãt.*

Cognita

1 COGNITA origine reſponſorum, & quo tempore in vſum eſſe cœperunt, primùm voce, & in occulto, mox & publicè, & ſcriptis, conſequens eſt, vt de eorundem reſponſorum dignitate, & authoritate aliqua diſſeramus iuxta mihi in principio propoſitum ordinem. Quod, vt apertius, & commodius faciam, tria ſunt diſtinguenda tempora, primum ſcilicet ante Cæſares, deinde tempus poſt Cæſares vſque ad inclinationem imperij, & ſeculum Iuſtiniani, & demum tempus à Iuſtiniano vſque ad hæc noſtra.

Veteres ergo iuriſprudentes ante Auguſtum Cæſarem tametſi, vt dictum eſt, reſponſa non euulgarent, ſed in occulto, & voce tantùm reſponderent: magnam tamen ſibi in reſpondendo de iure authoritatem compararunt, & eam quidem iudicio dumtaxat populi vindicarunt, non modò ob iuris ciuilis peritiam, ſed etiam ob vitæ probitatem, & innocentiam.

2 Veteres †autem appello iuriſprudẽtes eos, quos & hoc nomine Papinianus appellat in l.vetus.ff.de vſufr.& Paul.in l.ita compertum eſt.in fi.ff.de verb. ſign.& Iuſtin. in §.furtum.in fin.inſtit. de oblig.quæ ex delict.na. videlicet Sextum ſiue pub. Papiriũ qui leges Regum Romanorum collegit. Item pub.Sempronium Sophum. Item Sextum Aelium Petum, cuius vnicum reſponſum habemus relatum per Celſum in l.ſi venditor.§.1.ff. de actio.emp. & de quo Pompo.in l.2.§.deinde Sex. Aelius. ff. de orig. iur. & quẽ Tul.lib.2.de legi. veterem iuriſconſultũ appellat, & iuris ciuilis omniũ peritiſſimum in Bruto. Item & pub. Attilium & pub. Cœliũ, quorum nullũ habemus reſponſum, prout neq; Bruti, cuius tamen opinio refertur in d.l.vetus.ff.de vſufr. & in l. quòd ſi vno precio.ff.de adiec. in diem & in l.3. §. Neratius.ff. de acquiren.poſſeſ. & in l. eos, qui.ff. de capti.& poſtlim. reuer. Item & alios eorum temporum, ac etiam ſubſequentium vſque ad Auguſti imperium.

3 Quibus †quidem temporibus tametſi nõ conſtet ob antiquitatem hos, & eorum ſimiles reſponſa aliqua edidiſſe: attamen de iure reſpondendi, ac ius docendi ratio plena fuit dignitatis, atque authoritatis, cum oẽs hi ſapientiam cum eloquentia, quantum illa ferebant tempora, coniunxiſſent, & maxima vitæ probitate, atque innocentia ſummam ſibi authoritatẽ vindicaſſent, ita vt iuxta Satyrici dictũ (in illis veneraremur omnes, compoſitum ius, faſq; animi, ſanctoſq; receſſus mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto) vt non immeritò ad eos, de omnibus diuinis, atque humanis rebus referretur

4 †ijdemque ſolerent tranſuerſo obambulare foro, quod erat inſigne eũ, qui id faceret, ciuibus omnibus conſilij ſui copiã facere: vt de M.Manlio ſcribit idem Tul.3.de orat.ad quos & ambulãtes, & domi in ſolio ſedentes ſic ibatur, non ſolùm vt de iure ciuili ad eos, ſed etiã de filia collocanda, de emendo, de agro colendo, de omni deniq; aut officio, aut negocio referretur, vt his fermè verbis author eſt Tul.

5 2.de orat.Hinc factũ eſt, †vt Pub.Sempronius Longus iuris peritia percelebris, primus omnium ſophus, ideſt, ſapiens ſit appellatus, vt ſcribit Pompo. in l.2.§. iuris ciuilis ſcientiam. ff. de orig. iur. & de quo etiam Liu. in bello macedonico ſæpe meminit. Hinc & pub. Corn. Naſſica ſummus iuriſconſultus, optimus à ſenatu, populoq. Romano, & appellatus, & iudicatus eſt, illum ſolùm cum cenſuiſſet dignum eſſe, qui ſimulachrum Ideæ matris in domum ſuam hoſpitio reciperet, cum reſponſum ab oraculo receptum eſſet, ab eo dumtaxat deam recipiendam, qui omnium iudicio optimus haberetur. Huic item publicè domus in ſacra via data eſt, quò faciliùs conſuli poſſet, & ipſe de iure reſpondere, vt idem Pompo. narrat in præcitato loco, & Tul. Tuſculan. primo. Hinc & pub. Attilius iuris ciuilis peritiſſimus, ſapiẽs eſt appellatus, vt idem Pompo. ſæpe dicto loco teſtatur. & Ti. Coruncanius conſultiſſimus iuris, & optimus appellatus eſt, cuius licèt nullum extitiſſe reſponſum ætate ſua teſtetur ipſe Põpo. complura tamen, & memorabilia eius fuiſſe ſcribit reſponſa, vt & in præcedenti capite diximus, & Seneca ipſius authoritatem citat.

6 Conſtat †enim veteres hos iuriſconſultos à ſtoicis eruditos fuiſſe, omniaque eorum reſponſa ſtoicæ diſciplinæ documentis fuiſſe referta, vt non vno in loco Tul. animaduertit, & Pompo. in l.2.§.poſt hos.ff.de orig. iur. ſcribit Q. Tuberonem ſummum iuriſconſultum ſtoicum fuiſſe, & Panetij auditorem, & Seruius ille Sulpitius, quo nullum, ſcribit Tul. in Bruto, plus ſtudij & ad dicendum, & ad bonas artium diſciplinas adhibuiſſe, Rhodum ſe contulit, vt Molonem ſtoicum audiret, quo melior, & doctior eſſet, & huius Sulpitii auditor Antiſtius Labeo, qui plura è philoſophia ad iuris ciuilis ſcientiam illuſtrãdam attulit, multaq; (vt author eſt idem Põpo.in d.l.2.§.poſt hunc) ingenij facilitate, & fiducia doctrinæ, quod præ ceteris ſapientiæ operam dederat, innouauit, & inſtituit. Item & pub. Rutilius Ruffus, qui tametſi magnum munus reſpondendi de iure ſuſtineret, doctus tamen, & in cæteris diſciplinis, & græcis literis eruditus Panetij auditor fuit ſummi philoſophi & prope perfectus fuit in ſtoicis, vt idem Tul. memoriæ prodidit in Bruto; cuius quidem Rutilij adoleſcentiam ad opinionem & innocentiæ & iuris ſcientiæ pub. Mutij commendauit domus, & idem Tul. lib.1.de Oratore, hominem doctum, & philoſophiæ deditum appellat, & lib.1.de orat. illum exemplum innocentiæ vocat, quo nemo neq; integrior eſſet in ciuitate, neque ſanctior. Qui etiam, cum accuſaretur à Scauro, noluit cauſam ſuam ab eloquentiſſimis, qui ſeſe illi offerebant, dici, ſed ſola facti expoſitione, nullo fuco, aut oratorio colore polita, neque etiam vel pedis ſupploſione adiuta proponi voluit, veritus, vt ibi ſcribit Tul. ne ſtoicis renunciaſſe videretur, quos maximè ſectabatur, & huius æqualis Q. Aelius Tubero vita ſeuerus, & congruens cum ea diſciplina ſtoicorum, quam colebat, quem doctiſſimum appellat Cicero in Bruto, & eruditiſſimum in oratione pro Murena, quippe qui philoſophiæ, & iuri ciuili dies, noctesque operam nauaret, vt teſtatur idem Cicero lib.3.de orat. & ad quem Panætium de dolore patiendo, vti ad eius diſcipulum ſcripſiſſe, tradit Tul. lib.4.de finib. bon.

7 Qui †omnes tantam in reſpõdendo de iure & authoritatẽ, & dignitatẽ ſibi vindicarunt, vt quaſi iure ſuo ſolio ſibi ad hoc parato domi ſederent de iure reſpondentes tãquã vel magiſtratus, vel Pontifices, de quo ſolio Tul. meminit lib.3. de orat. dum de M. Manlio verba facit, ſed clariùs lib.2.de legib. his verbis (Ego verò ætatis potius vacatione confidebam, cum præſertim non recuſarem, quo minus more patrio ſedens in ſolio conſulentibus reſpõderem, ſenectutiſq; non inertis grato, atque honeſto munere fungerer) de quo pariter meminit in 2. de orat. ex oratione Craſſi in M. Brutũ ꝑ hęc verba (Brute, quid ſedes? quid illã anũ patri tuo vis nũciare? quid te facere? cui rei, cui glorię ſtudere? an iuri ciuili? eſt quidẽ paternum munus, ſed dicet te; cum ædes venderes, ne in ruris quidem caſis ſolium paternũ excepiſſe,

piſſe, ideſt ſellam, in qua tuus ſedens pater de iure
8 rñdebat. quo † quidem ſolio ſedentes conſultatori-
bus potius q̃ diſcere volentibus, vacabant. quibus
aſtipulatur idem Tul. in ñ. lib. de cla. orat. qui inſcri-
bitur Brutus his verbis. (ego aũt iuris ciuilis ſtudio
multũ operæ dabam Q. Sceuolæ, Pub. filio, qui quan
quam nemini ſe ad docendum daret, tñ conſulan-
tibus rñdendo ſtudioſos audiẽdi docebat) in quam
ſñiam idem Tul. ĩ de oratore ſic ſcribit(Alteros e-
nim audire rñdentes, ſat erat, vt ij, qui docerent, nul
lum ſibi ad eam rem tp̃s reponerent, ſed eodem tp̃e
& diſcentibus ſatisfacerent, & conſulentibus:) tam-
9 que † aſſidui erant in hoc de iure reſpondendi of-
ficio veluti pleno dignitatis, & Reipublicæ, atque
omnibus ciuibus proficuo, vt ſummo mane, & ante
lucem fores conſultantibus (tanta erat eorum fre-
quentia) aperire cogerentur, iuxta illud Oratij.

Romæ dulcè fuit diu, & ſolenne recluſa.
Mane domo vigilare, clienti promere iura.

& iuxta illud quoque eiuſdem.

Agricolam laudat iuris, legum'q́, peritus.
Sub galli cantum conſultor, vbi oſtia pulſat.

in quam etiam ſententiam. Tul. pro Murena Seruiũ
Sul. alloquens, ſic inquit(vigilas de nocte, vt tuis con
ſultoribus reſpondeas.)

10 Summam † ergo authoritatem, ac dignitatem in
rñdendo de iure ſibi compararunt veteres hi iuriſ-
conſulti, tum vitæ innocẽtia, tum diſciplinarum eru
ditione, tũ & maximè iuris ciuilis peritia, ita vt ſum
mi potiſſimum viri in ciuitate Romana ſimul & in-
terpretari ius ciuile populo, & reſpõſitare ſoliti ſint,
vt author eſt Tul. li. j. de legi. Quin & patricij ipſi qui
11 † ideo & patroni dicti ſunt, ꝙ conſultantibus clienti
bus de iure rñderent, & legum, ac contractuũ ratio-
nes declararent, & cautos, atq; inſtructos eos dimic
terent: vt legitur apud Alicarnaſſ. Annal. lib. 2. quare
Tul. lib. 2. de offi. ſcripſit.(In iure conſilio iuuare, at
que hoc ſcientiæ gñe prodeſſe quàm plurimis vehe
menter & ad opes pertinet augẽdas, & ad gloriam,
atq; grãm. itaq; optimè conſtituti iuris ciuilis ſum-
mo ſp in honore fuit cognitio, quo munere veluti
certo gradu ad ampliſſimos conſequẽdos honores
12 vtebantur) nam † & primo de ora. inquit idem,(Ro-
mę ampliſſimum quemq;, & clariſſimum virum iuris
ſcientiæ præfuiſſe, multoq; cum ingenio ſibi autho-
re dignitatẽ peperiſſent, perfeciſſe, vt in rñdendo de
iure authoritate pluſq̃ ẽt ipſo ingenio valuerint.)&
paulò inferius ſic in perſona Craſſi loquens ſcribit
(Senectuti verò celebrandæ, & ornandæ quod hone
ſtius põt eſſe refugium q̃ iuris interpretatio? equi-
dem mihi hoc ſubſidiũ iam inde ab adoleſcentia cõ
paraui nõ ſolùm ad cauſarum vſum forenſem, ſed ẽt
ad decus, & ornamẽtum ſenectutis, vt cum me vires
deficere cępiſſent, iſta ab ſolitudine domum meam
vendicarem. quid eſt enim præclarius, q̃ honoribus
Reipublicæ perfunctum ſenem, poſſe ſuo iure dice-
re id, quod apud Ennium ille Pithius Apollo, ſe eſſe
eum, vnde ſibi, ſi non populi, & reges, at ſui ciues
omnes conſilium expetant. eſt enim ſine dubio do
mus iuriſconſulti totius ciuitatis oraculum.)quin &
M. Antonius apud eundem Tul. eodem libro, quan-
q̃ aliàs infenſus iuriſconſultis, fateri tamen cogitur,
hanc de iure rñdendi artem ſine controuerſia & ma
gnam eſſe, & latè patere, & ad multos pertinere, &
ſummo in honore ſp fuiſſe, & clariſſimos ciues ei ſtu
dio ſp præfuiſſe. Quare Tul. in Topicis inquit(priua
ta iudicia maximarum quidem rerum in iuriſconſul
torum prudentia poſita eſſe; nam & adſunt(inquit)
multum, & adhibentur in conſilio, & patronis dili-
gentibus ad eorum prudentiam confugientibus ha
ſtas miniſtrant, & præſertim in ijs iudicijs, in quibus
ex fide bona eſt additum, & plurimus eorũ eſt vſus
illi enim dolum malum, illi fidem bonam, illi æquũ
bonum, illi quid ſocium ſocio, quid eum, qui man-
daſſet, eumue, cui mandatum eſſet, quid eum, qui a-
liena negocia curaſſet, alterum alteri præſtari opor
teat, & quid virum vxori, quid vxorem viro, tradũt.)
13 ex † quibus etiam colligitur conſulẽdi officium, ma
iorem ſemper habuiſſe dignitatem quàm interpre-
tandi, & docendi. nam quanquam ſcientia omnis au
geatur annis, & ſtudio, attamen voce etiam, lateri-
bus, ſpiritu, & firmitate pectoris indiget, qui ex ſuge
ſtu interpretatur, quibus deſtituitur ſenex, qui tamẽ
nunquam, vel rarò deſtituitur ſcientia, atque pru-
dentia, quibus ſolis in reſpondẽdo opus eſt. & ideo
licèt ætate corporis vires minuãtur, & inutilem red
dere poſſint interpretem, non ita tamen inutilẽ red
dent de iure reſpondentem, cum & membris debili
tatus poſſit voce placida huic muneri vacare, & ſcri
ptis etiam rñſa mandare. ſtilus enim, & ſcripta ſecre
to gaudent, atq; oẽs arbitros reformidant, atq; ideo
illi muneri ſenes facilè vacare poſſunt, qui quietem
amant, cũ contra qui ex ſuggeſtu docent, frequentia
auditorum ſonora voce ac ſpiritus impetu exultẽt.

14 Iam † verò ex his omnibus conſtare ſatis puto, ve
teres iuriſconſultos vſq; ad Auguſti tempora maxi-
mam ſibi dignitatem vindicaſſe reſpõdendo potius
de iure conſulentibus, quàm docendo, aut interpre
tando, cum reſpondendi munere non ſolùm conſul
tantibus ſatisfacerent, ſed & diſcere volentes erudi
rent. quippe quòd hoc munus reſpondendi omnes
arbitrarentur veluti certum quendam gradum fuiſ
ſe ad ampliſſimos in Republica conſequendos ho-
nores: docendi verò munus veluti humile neglige-
rent, atque hæc erat veterum iuriſconſultorùm in
reſpondendo de iure authoritas.

DE AVTHORITATE RESPONSORVM A' TEMPORE OCTAVII IMPERATORIS VSQVE ad Imperij Romani declinationem.

CAPVT VI.

SVMMARIVM.

1 *Auguſtus primùm reſpondendi ius dedit prudenti-
bus & peritis.*
2 *Nam non peti ſed præſtari ſolebat.*
3 *Tiberius Imperator ius reſpondendi dedit primùm
Maſurio Sabino, qui Maſurius fuit primus de
iure reſpondens.*
4 *Reſponſorum tanta auctoritas vt ab illis recedere
non liceret.*
5 *Reſponſa voce & ſcriptis dabantur.*
6 *Scriptis quomodo darentur.*
7 *Reſponſa ſigillari cæpta quando.*
8 *Epiſtolis Iuriſconſulti ab alijs Iuriſconſultis reſpon-
ſa requirebant.*
9 *Reſponſa maximam habebant auctoritatem ſed &
alia eorum ſcripta.*
10 *Tribonianus, et collegæ non tantũ reſpõſa Iuriſcõſulto
rũ, ſed et alia eorũ ſcripta cõgeſſerũt in pandectas.*

CVM autem procedente tempore(vt
fert humana fragilitas in peius ſem-
per declinãs) multa paſſim à multis,
& fortè etiam aliquando ab imperi-
tis iuris darentur reſponſa, atque i-
deo plerunq; abſurda, & diſſidentia,

vel ſaltẽ varia, id eueniebat, vt in incerto vagaretur
ius ipſum & paulatim florens illa iuriſprudẽtum exi
ſtimatio, in contẽptum abiret, & cuileſcere videret.
1 Primus oſum Octauius Auguſtus, vt maior, & certior
foret rñdentium authoritas, conſtituit, vt ex princi-
pali poteſtate iuriſperiti rñderent, quos certos ſele
ctos eſſe voluit, quibus eo tam præſtãti munere fun
gi liceret, & ex illo tpe pręſtari hæc facultas pro be-
neficio cœpit, ita vt non oẽs paſſim, vt ante, de iure
rñderent, ſed ij dumtaxat, qui & prudentiæ, & iuris
ciuilis peritiæ laude forent inſignes, & Principis iu-
dicio comprobati eſſent, quodq; optimis tũ prudẽ
tiſſimis, atq; eruditiſſimis viris liceret ſacroſanctum
2 hoc rñdendi de iure munus tractare. Quod † & opti
mus Princeps Adrianus indicauit, dũ, vt inquit Põp.
in l. 2. §. primus diuus. ff. de origi. iur. viris prætorijs
quibuſdam petentibus, vt liceret de iure reſpõdere,
reſcripſit, hoc non peti, ſed præſtari ſolere, quaſi de
ferẽdum eſſet hoc munus inuitis, vel ſaltem non pe
tẽtibus potius, quàm ambientibus, & efflagitãtibus.
3 Auguſtũ † ſequutus Tiberius, ptãtem hãc primùm
Maſurio Sabino cõceſſit, quem Pli. nepos in 4. epiſt.
vti ſupremarum volũtatum religioſum defenſorem
laudat; mox & alijs iuris doctrina præexcellentibus
eadem fuit tributa facultas vſq; ad tpa Caligulę, qui
veluti ſęua quædã humani generis peſtis in oẽs præ
cipuè claros viros debacchatus, totam ſe iuris ſcien
tiam aboliturum profitebatur, effecturumq;, vt iuriſ
conſulti nil aliud rñdere poſſent pręter ęquum: poſt
quem cæteri Principes Auguſti morem ſequuti plu
ribus eam ptãtem dederunt, ita vt nullus vnq̃ auſus
fuerit iuriſconſultus de iure rñdere, niſi prius Prin-
cipis teſtimonio peritus fuiſſet iudicatus. Quo factũ
fuit: vt illis tpibus, qui iuriſprudentes pro cõſilio adi
bant, hac formula verborum eos, quos conſulere vo
lebant, interrogãt. licet ne cõſulere? quaſi certiores
fieri vellent, an illis data eſſet à Principe de iure rñ-
dendi facultas, q̃ ſcilicet nullus poſſet rñſum requi-
rere, niſi ab eo, cui talis facultas à Principe data fuiſ
ſet, vt ex oratione Tul. pro Murena colligi poteſt.
4 Horum † aũt rñſorum tanta illis temporibus erat
authoritas, vt iudici ab illis recedere non liceret, q̃n
potius illa ſequi cogeretur, vt ſcribit Iuſtin. nr̃ in §.
rñſa prudentum. in ii. inſt. de iur. natu. gen. & ciu. cui
rei ẽt pręclarum teſtimonium prębet Tul. pro A. Ce
cinna, dum. C. Aquilij, & aliorum quorundam iuriſ-
conſultorum, qui ſecundùm Cecinnam reſponde-
rãt, authoritates profert, eorumq; rñſa ſummè com
mcodat, & extollit. & Paulus iuriſconſultus noſter
in l. Titius cum decederet. ff. de actio. emp. refert re
ſponſum Vlpiani in iudicio lectum, neq; enim mul-
ta tunc erant iudicia, in quibus non offerrentur iuriſ
peritorum reſponſa, quæ iudices ſequi tenebantur.
Quare nõ immeritò Tul. in Topicis ſcribit. Priua
ta iudicia maximarum quidem rerum in iuriſconſul
torum prudentia poſita fuiſſe, vt & ſupra ſcripſi.
5 Hęc † verò prudentum rñſa & voce, & ſcriptis dari
ſolebant, voce, cum ipſi in conſilium magiſtratuum,
& quandoq; ipſius Imperatoris aduocabantur, vt in
Quintiana apud Tul. legitur; in quo iudicio non mo
do. C. Aquilius iudex ſedebat, verùm & illi aſſidebãt
L. Lucullus, & L. Quintilius, & M. Marcellus, tres q̃-
dem peregregij iuriſcõſulti. His & Spartianus aditi
pulatur ſcribens in Adriano, quoties in iudicio ali-
qui præeſſent, illis ſemper aliquot iuriſperitos in cõ
ſilio adfuiſſe, & Lampridius in Alexandro Mamcę te
ſtatur, Papinianum præfectum pręторio, quanquam
& is foret acutiſſimus iuriſperitus, attamen aſſeſſo-
res habuiſſe Iulium Paulum, & Vlpianum, cuius rei
exemplum habemus in l. lecta. ff. ſi cert. peta. & in l.
Clodius. ff. de acquir. hæreditate, & in l. vlt. ff. de of-
ficio aſſeſſ. & propriè hæc reſponſa ab aſſeſſoribus
voce data, reſponſa etiam appellabantur.
6 Sed † & quæ ſcriptis mandabantur, reſponſa ve-
rè dicebantur; nam, vt inquit Pompo. in l. 2. §. poſt
hunc. in fi. ff. de origi. iur. plerunque iudicibus ip-
ſi iuriſprudentes ſcribebant, & etiam litigantibus
ſæpe exhibebant, quod Tul. lib. j. de orat. his ver-
bis confirmat (ac ſi ſit cauſa aliqua ad nos delata ob
ſcurior, difficile, credo, ſit, eum hoc Sceuola commu
nicare, quãquam ipſi omnia, quorum negocium eſt
conſulta ad nos, & ea exquiſita deferunt.)
7 Ea † verò reſponſa ſcriptis mandata ſigillari cœ-
perunt, cum ante poteſtatem reſpondendi à Prin-
cipe conceſſam non ſignarentur, vt præcitato loco
ſcribit Pompo. ſed poſtea ſigillari cœpta ſunt, vt re-
ſponſis illis fides daretur à iudicibus, quod ſcilicet
ab iis ſcripta forent, quorum probitas, & doctrina à
Principe fuiſſet approbata, & ne aliorum ſuppone-
rẽtur reſponſa, qui talem nõ habuiſſent facultatem.
Ex quibus facilè conijcimus, reſponſa pruden-
tum hiſce temporibus vim legis habuiſſe, cum ab il-
lis ſigillatis iudici recedere non liceret. nam & Prin
ceps, qui ea confirmat, oĩa ſua facit, vt inquit Iuſtin.
in l. 2. §. omnia. C. de vete. iur. eon. cætera verò iuriſ-
peritorum ſcripta, vt puta, quæſtiones, notas, tracta
tus, interpretationes ad leges, & edicta Prętorum nũ
quã ſigillata legimus, neque legis authoritatem illis
vnquam attributam vſque ad Iuſtiniani ſecula.
8 Vigebat † & alia reſcriptorum potius ſpecies q̃ re
ſponſorum, quæ nullã præter epiſtolæ vim habebãt
vt qñ iuriſcõſulti ipſi alioquin percelebres alter ab
altero in dubijs q̃onibus, epiſtolis ſnĩam, & eius opi
nionẽ requirebãt, quorum in numero Modeſtinus
fuit, qui Vlpianũ, cuius maximè erat ſtudioſus è Dal
matia de iure conſuluit, & cui Vlpianus per epiſto-
lam rñdit, vt ipſe teſtaẽ in l. ſi quis vxori. §. ſi quis aſi-
num. ff. de fur. ſic & Iulius Paulus Licinio Rufino cæ
lebri iuriſconſulto conſultanti per epiſtolam rñdit,
vt legitur in l. Licinius. ff. quib. ad liber. procla. non
lic. ſic & Aphricanus Iulianum conſuluit in l. cum
ſeruus. in prin. ff. de leg. j. & Attilicinus Proculum in
l. Attilicinus ff. de pac. dot. & Iuuentium Celſum Do
mitius Labeo in l. Domitius Labeo. ff. de teſta. quo-
rum & ſimilia multa in pandectis legimus.
9 His † ego adducor, vt credam iſtis temporibus, ea
dumtaxat rñſa huius fuiſſe authoritatis, vt ab eis iu-
dici recedere non liceret, quę vel litigantibus prębe
bantur, vel iudicibus exhibebantur ab ijs iuriſperi-
tis, qui facultatem de iure rñdendi recepiſſent: non
tamen ideo putarim cætera iuriſconſultorum ſcri-
pta, & interpretationes nulla fuiſſe in exiſtimatio-
ne, ſed cum eam authoritatem reſpondendi iuriſpe-
riti à Principe habuiſſent, putarim ex maxima au-
thoritate, quam iuriſprudẽtes illis temporibus, ſibi
vindicabant, eos id etiam obtinuiſſe, vt eorum opi-
niones quocunque modo cognitæ pro reſponſis ha
berentur, & legis ferè authoritatem tenerent. nam
& Iuſtinianus in præcitato. §. reſponſa. inſti. de iur.
natu. gent. & ciu. ſcripſit. reſponſa eſſe ſententias,
& opiniones eorum, quibus erat permiſſum iura
condere. & idem in l. j. C. de communi. ſeruo. ma-
nu. vocat Sex. Cælium iuris antiqui conditorem. &
in l. vltim. C. de cura. furi. Tertullianum appellat iu-
ris antiqui interpretem.
10 Quo † fortè factum fuit, vt Tribonianus, & colle-
gæ pandectarum compilatores in illis congeſſerint
non modò prudentum reſponſa, ſed & quæſtiones,
& tractatus, & interpretationes legum, & edicto-
rum, atque omnis generis eorum ſcripta: cum o-
cto tantum iuriſconſultorum reſponſa legantur in
ipſis pandectis. quod quidem eos ex Iuſtiniani man
dato

dato feciſſe cōſtat, qui in l. j. §. iubemus autem. C. de vete. iur. enu. iubet, vt antiquorum iuriſprudentum, quibus authoritatem ſcribendarum, interpretandarumque legum ſacratiſſimi Principes tribuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes & legere, & eliminare deberent, & in pandectas inſerere omiſſis eorum libris, qui talem authoritatem non haberent.

Quæ omnia in ſumma collecta hoc nobis ſuadēt, olim præcipuam iuriſprudentum authoritatem fuiſſe in reſpondendo litigantibus, aut iudicibus de iure, & eorum dumtaxat, qui talem à Principe reportaſſent facultatem. cætera verò eorum ſcripta ab ipſo initio modicam retinuiſſe exiſtimationem, quam tamen poſtea maximam ſibi vindicarunt, vel vſu tecipiente, vel quia cum authorum eorum eruditio, & probitas in reſpondendo de iure foret à Principe approbata, putabant etiam omnia eorum ſcripta poſſe eam authoritatem retinere.

DE AVTHORITATE RESPONSORVM IVRIS PRVDENTVM AB ALEXANDRO

Seuero vſque ad Iuſtinianum.

CAPVT VII.

SVMMARIVM.

1 *Alexandri Seueri tempore floruerunt reſpōdentes.*
2 *Imperatores poſteriores omnia ſibi arrogabant nil Iuriſconſultis relinquebant.*
3 *Fæminis etiam ſcribebant Imperatores.*
4 *Reſponſa Iuriſprudentum ſupprimebant Imperatores.*
5 *Alexandri Seueri poſt tempus obſcuri nominis fuerunt Iuriſconſulti.*
6 *Leontius Iuriſconſultus.*
7 *Leo Iuriſconſultus.*
8 *Gotti, Vandali, & Barbari Italiam occuparunt.*
9 *Caij Inſtitutiones repertæ.*
Pauli notæ repertæ.
10 *Leges congeſtæ Alarici Regis Gottorum tempore.*
Alarici Regis tempus.
Annianus Iuriſconſultus Alarici Regis tempore.
11 *Græci pauci Iuriſconſulti. & quare.*
Frearius Themiſtoclis præceptor Iuriſconſultus.
12 *Hermodorus Epheſius Iuriſconſultus.*
Græci bonos viros & Iuriſcōſultos pati non poterāt.
13 *Statua Hermodoro erecta.*

FLORVIT ergo maximè, atq; ſuum culmē tenuit authoritas, atq; amplitudo rñſorum vſq; ad Alexandrum
1 Seuerum Mammeę filium† quo tpe maximus fuit, ſi vnq̄ antea iuriſconſultorum prouentus, ex eo verò tpe cępit vti romanum Imperium, ita & iuriſperitorū dignitas paulatim lāgueſcere, ac ſeneſcere, cum nullū ab eo tpe legamus iuriſconſultorū nomen celebre.

2 Cuius †quidem rei hanc fuiſſe cauſam coniector, q ſcilicet poſteriores Imperatores, vt plurimùm barbari fuerunt, atq; ex militū fece ad illud faſtigiū euecti, & ideo litteratis, & eruditis, qui pacem amabāt, inſcoſi, cęperunt iuriſconſultos, & iura ipſa negligere, vt militibus, ſuiſq; ſatelitibus, quorum opera Imperium fuerant aſſequuti, illudque tuebantur, omnia, quæ maluiſſent, licerent. atque ita paulatim omnia iura, & leges ad nutum ſuum conuertere cœperunt, eorumque auguſtis nominibus, & decreta omnia, & conſtitutiones, interpretationes, & reſponſa de iure ſibi ipſis arrogare, dum non amplius iuriſcōſulti, ſed ipſi Imperatores ſoli vellent & de iure interrogari, & de iure ipſi reſpondere, vt paſſim ex in-
3 ſcriptionibus legum Codicis colligi poteſt † quæ leges priuatis perſonis non modò maſculis, ſed & (ſi dijs placet) fœminis pro reſponſis ſunt de iure reſcriptæ, cum tamē multi vix litteras legere noſcent, quem morem ſpeciatim nominandi etiam fęminas, quibus reſpōdiſſent, damnat Tul. in libris Catonis, & Bruti. & libro 2. de oratore.

4 Et † quanquam facile credendum ſit, quòd Imperatores illi non reſponderint abſque alicuius prudentis conſilio, attamen cum ſuperba barbarie tumeſcentes, vti numina quædam vellent viuentes adorari, atque ab eorum nutu omnia pendere, vniuerſam iuriſprudentiam pectori ſuo arrogabant, ſuppreſſis, ac neglectis iuriſperitorum nominibus. Quo factum eſt, vt ab Alexandri Imperio nullas habeamus iuriſcōſultorum interpretationes, nullos tractatus, nulla denique reſponſa, quin & nulla iuriſconſultorum nomina, ſed dumtaxat conſtitutiones Imperatorum, qui Alexandrum ſunt ſequuti.

5 Quod † ſi qui hiſce temporibus fuerunt iuriſconſulti, obſcuri quidem nominis fuerunt, & apud nos inauditi. nam, vt ſcribit Marcelli. libr. 30. Valentiniani, & Valentis imperio ignari erant, & rudes, & (vt eius verbis vtar) vmbræ potius quàm iuriſperiti. Hos tamen dumtaxat (quicunque fuerunt) iu-
6 riſconſultos nominatos legimus: †nempè Leontium quendam, quem maximum temporum ſuorum iuriſprudentem appellant Theodoſius, & Valentinianus. A A. in l. j. C. de profeſſ. qui in vrbe Conſtantin. libr. 10.

7 Item † & Leonem, quem Sidonius Apollinarius his carminibus celebrat.

Siue ad doctiloqui Leonis ædes.
Quo bis ſex tabulas docente iuris.
Vltro Claudius Appius taceret.
Claro obſcurior in decemuiratu.

8 Interim † autem cum barbari præcipuè Gotti, & Vandali in Italiam irrupiſſent Decio Imperante circiter annum à CHRISTO nato. 253. atque vniuerſum orientem, & occidentem perturbaſſent, non modo nulli exorti ſunt periti iuris, ſed & veterum iuriſprudentum, & ſcriptorum memoria ab eis
9 penè eſt deleta, † donec per ea fermè tempora primum Caij inſtitutiones, mox Pauli notæ repertæ ſunt, & à tenebris erutæ, quas Annianus quidam iuriſconſultus tempore Alarici Regis Gottorum eſt
10 interpretatus † & præter eas, quaſdam etiam leges Romanorum in vnum collegit Codicem Alarici arbitrio, eas tamen dumtaxat ſeligens, quæ neceſſariæ cauſis eorum temporum videbantur, vt ipſemet Annianus teſtatur in interpretatione conſtitutionis Theodoſij, & Valentini Imperatorum, quæ legitur in C. Theodoſiano lib. j. titu. 4. ſub rubrica, de reſponſis prudentum, inter quas tamen leges multa ex Gottorum moribus & legibus inſeruit, & Gotticis interpretationibus fœdauit.

11 Verùm † enimuero non ſemel miratus ſum, quòd cum apud Græcos ſemper percelebres fuerint legū latores, nullum tñ præclari noīs iuriſperitum his & ſuperioribus temporibus apud eos fuiſſe legamus præter vnum Phrearium Themiſtoclis præceptorē, qui profeſſor erat ciuilis ſapientiæ à Solone traditę,

quam tamen eo defuncto corruptam fuiſſe à Sophi
ſticis, traductamq́; ad nudas diſputationes fori con
queriť Plutarchus in vita Themiſtuclis. atq; & ideo
magis mirari ſoleo, ꝙ Romani primùm leges 12. ta-
bu. maiori ex parte à Græcis Athenienſibus nēpè &
Lacedemonijs mutuati ſunt, vt teſtať Pomp. in l. 2. §.
exactis deinde regibus. ff. de ori. iur. & Liui. lib. 3. &
Halicanaſſeus li. 10. & demum Feneſtella, à quo oĩa
12 hauſit Pomponius, quæ ſcripſit in d. l. 2. & † quod ad
mirationem adauget, ſolus legitur Hermodorus E-
pheſius Græcus iuris diſciplinam calluiſſe. Qui qui-
dē ab Epheſijs, quorum erat Princeps, exilio mulcta
tus fuit, quòd ipſi vitijs, & corruptiſſimis moribus ſę
dati integram vitam, & præclaram Hermodori legũ
peritiam, qua ipſos regebat, ferre non poſſent; cum
apertè profiterentur, neminem virum iuſtum, frugi,
ac ſapientem apud ſe viuere ſe paſſuros, vt ſcribit
Tul. libr. 5. Tuſcula. Quanquam hic non græcas, ſed
Romanas leges eſt interpretatus, & ſcripſit, vt le-
13 gimus apud Strabo. lib. 14. & Plin. lib. 34. cui † etiam
decemuiralium legum īterpreti in comitio ſtatuam
dicatam fuiſſe, idem Pli. teſtatur. & Pomp. in d. l. 2. §.
exactis. & propterea hanc fuiſſe cauſam exiſtimo,
cur apud græcos nullus celebretur iuriſcōſultus, ꝙ
ſcilicet græculi illi ſeditioſi, & nouitatũ amatores le
ges ex arbitrio ſecundùm varietatem temporum, &
ſtatus Reipublicæ ſæpiſſimè mutatas variabant, fige
bāt, & refigebant, neq; ideo vllum virum iuſtum, aut
ſapientem, & iuris certi peritum propter ſuos corru
ptiſſimos mores pati poterant, vti neq; Hermodorũ
pati potuerunt. amat enim iuriſprudentia otium, &
pacem, tumultus autem, ſeditiones, & ciuiles diſcor
dias maximè abhorret, & inter eas deficit, & obuiť.

DE RESPONSORVM AVTHORITATE A IVSTINIANO VSQVE AD NOSTRA TEMPORA.

CAPVT VIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſorum auctoritas à Iuſtiniano vſque ad no-
ſtra tempora.*
*Iuſtinianus iuſſit Tribuniano & Collegis digeſta
compillari.*
*Qui Tribonianus & ſocij compilarunt mutila-
tim tamen in & præciſè.*
2 *Iuſtiniani tempore pauci Iuriſconſulti, & quare.*
3 *Iuſtinianus præcepit, ne fierent commētaria legibus,
Paratlita permiſit Iuſtinianus.*
4 *Longobardorum legum origo.*
5 *Baſilicon quando à Græcis collectus.*
6 *Iuriſconſulti qui baſilicon interpretati ſunt.
Reſponſa nulla tempore barbarorum.*
7 *Inforsiatum repertum.*
8 *Pandectæ repertæ.*
9 *Pandectis repertis pauci Iuriſconſulti.*
10 *Pepo Iuriſconſultus.*
11 *Irnerius Iuriſconſultus.*
12 *Authentica ab Irnerio compilatæ.*
13 *Martinus Iuriſconſultus, cuius opiniones ſemper
reiectæ.*
14 *Iuriſconſulti antiqui poſt repertas pandectas.*
15 *Feudorum conſtitutiones quando.*
16 *Bulgarus Iuriſconſultus.*
17 *Placentinus Iuriſconſultus.*
18 *Ioannes Baſsianus Iuriſconſultus.*
19 *Azo Iuriſconſultus.*
20 *Azonis cum Lothario diſputatio.*

1 IMPERANTE † verò Iuſtinia-
no circa annum Dñi. 527. is præcla-
ram in iure ciuili reparando, atq; ex
ornando operā exhibuit per Tribo-
nianũ iuriſcōſultum, & collegas, qui
bus mandauit, vt oĩa ſcripta veterũ
iuriſprudentum diligēter legerent, & quæ cārum de
ciſionibus conuenire videbātur, eligerent: iusq; Ro-
manum ſcriptorũ multitudine iam confuſum, & pe-
nè extinctũ ſuſcitarent, atq; oĩa ſelecta per ſe ipſos
iuſta methodo in certos titulos digererent, quod &
pręſtarunt, tāetſi pręciſis nimium, & mutilatis, & ma
lè fortè qñq; intellectis ſcriptis veterum interpretũ,
quod quidem maximas tenebras offudit oculis po-
ſteriorum, ac noſtrorum temporum iuriſprudētum.
2 Neq; † tñ eo quoq; tpe multi celebrātur periti iu
ris, præter eos, quos ipſe Iuſtinianus enumerat in l.
2. §. quæ oĩa. C. de vete. iur. enu. qui ſunt nu. xviii.
quos anteceſſores, & iuris ciuilis interpretes, ac pru
dentiſſimos cauſarũ patronos vocat, quorum tñ nul
lum ſcriptũ legimus pręter inſtitutiones Iuſtiniani à
Theophilo gręcè per paraphraſim interpretatas. cu
ius rei eam fuiſſe cauſam ꝓbè exiſtimare poſſumus,
ꝙ cum nullæ certæ extarent leges, Iuſtinianus in id
tm̄ curam ſuam adhibuerit omnem: vt veterum iu-
riſconſultorum dogmata colligeret, & poſteris iuſto
ordine pro legibus obſeruanda traderet, ſuorum ve
rò temporum iuriſconſultos negligeret, veluti eo-
rum, quos ob nimium confuſam, & obſcuram iuriſ-
prudentiam, ac penè derelictam parùm eruditos pu
tabat, quos tamen illi muneri præpoſuit, cum alios
eo tempore doctiores non haberet.
3 Per quos † cum Iuſtinianus perfeciſſet, quod aĩo
conceperat, & 50. libris oēm iuris Romani pruden
tiam infinitis ſcriptorum voluminibus oppreſſam di
geſſiſſet, lege pœnali indicta prohibuit, ne vllus in
poſterum iuriſperitus auderet legibus eius authori
tate in pandectas collatis comentarios aſcribere, &
verboſitate (ſi licet eius verbis vti) legũ compendiũ
iterum confundere: licere tñ voluit per indicem dũ
taxat quædam veluti admonitoria iudicum confice
re, vt ipſe cauit in l. 2. §. noſtram aũt cōſumationem.
C. de veter. iur. enu. reſponſa verò ex iure ſcripto, &
ab eo digeſto danda nũquam prohibuiſſe legitur.
Quo factum fuiſſe exiſtimo, vt longo poſt tempore
nulla reperta fuerint iuriſperitorum ſcripta, quòd
ſcilicet pœnam indictam timerent.
4 Quanquam † verò præclarus fuerit ille conatus
Iuſtiniani, non potuit tamen inuidēte fortuna id ef
ficere, vt in eo ſummitatis gradu reſtitueretur iuriſ-
prudentia, quo ſupra meminimus Alexandrum Se-
uerum reliquiſſe; cũ enim ipſe Gottos ex Italia per
Narſen, ſiue Narſetem, vt aliqui appellant, partim
in citeriorem Galliam, partim in Hiſpaniam fugien-
tes eieciſſet. Longobardi, defuncto Iuſtiniano, à
Narſete in auxilium vocati ad ipſos Gottos eijcien-
dos in Italia permanſerunt, regnumque in ea parte,
quam hodie Lombardiam vocamus, nouum ſibi cō
ſtituerunt, nouasque leges ſcripſerunt, quæ Longo-
bardæ appellantur, & hodie quoque leguntur im-
preſſæ, Romanas autem prorſus neglexerunt.
5 Cum † igitur per multos annos iuris Romani co-
gnitio, atque peritia protrita iacuiſſet, & barbarorũ
incuria iuriſprudentiæ abolita foret memoria, nul-
laq; iuriſprudentum foret authoritas, ac ne vix qui-
dem eorum cognitũ nomen, ſuſcitauit Deus Baſiliũ
Macedo-

Macedonem, qui orientis Imperium tenens ſimul
cum ſuo filio Flauio Leone porphirogenito, collegit
tanquam à naufragio leges quaſdam Romanas, eaſ-
que. 60. libris collectas, græcèque ſcriptas orienta-
libus populis obſeruandas tradidit; cum tamen in-
terim in ipſa Italia variæ leges, varij, ac barbari mo-
res Gottorum, Vnnorum, Vandalorum, & Franco
rum ſe ſe mutuò ab ea exigentium, vniuerſam ro-
manam non modo iuriſprudentiam, ſed & morum
politiam, ac linguam ipſam latinam perturbarint,
& corrupetint.

6 Quo † tempore nulli (quos legerim) in occiden-
te iuriſperiti ſcriptis ſuis meruerunt, vt eorum no-
men ad nos perueniret, cum tamen in oriente non-
nulli extiterint, qui cõmentarios ad leges ipſas græ-
cas in 60. libris compoſitas conſcripſerunt, licèt bre
uiſſimos, nempè Stephanus Thal leus, Iſidorus, Ni
ceus, & plures alij, qui in ipſis commentarijs ſimul
cum ipſis legibus impreſſis leguntur, quarum legum
volumen Baſilicon vocant, quos certè de iure etiam
reſpondiſſe veroſimile eſt, licèt nulla eorum reſpon
ſa ad nos deuenerint.

7 Et † eo autem tempore in Italia ſepulta quidem,
& obruta fuit romanæ ciuilis diſciplinæ memoria,
donec pacata Italia Rauennæ apud Exarcos græcos
repertæ ſunt pandectarum Iuſtiniani reliquiæ quæ-
dam, quinta ſcilicet earum præcipua pars, quæ de
vltimis voluntatibus, & ſucceſſionibus hereditatum
pertractat, quam maiores noſtri ſatis inepto, & bar-
8 baro vocabulo infortiatum appellarũt. † ac demum
fauente ſummi Dei prouidentia aliquot poſt annos
pandectæ ipſæ integræ in Maphitita ciuitate Apuliæ
à Piſanis victoribus in lucem ſunt erutæ: quarum Ar
chetipus Florentiæ diu ſumma cum religione cuſto
ditus eſt, & cuſtoditur, cuius tamen exemplum ſupe
riorib. annis beneficio Auguſtiſſi. magni Ducis Flo
rentiæ Coſini tipis cudendum fuit exhibitum, & or-
bi communicatum.

9 Porrò † non conſtat, pandectas ipſas ſtatim ab ini
tio in vſum receptas fuiſſe, neq; ideo tẽpora illa iu-
riſconſultos alicuius nominis protuliſſe, quod ſcili-
cet oẽs in pertractandis Longobardorum barbaris
legibus forent occupati: donec Lotharius ſecundus
Saxo occidentis Imperator, qui regnauit circa an-
num. 933. primus renatam hãc iuriſprudentiam iuſ-
ſit in ſcholis publicè doceri, & in foro ſeruari: quo
10 † tempore legimus Peponem quendam iuriſconſul-
tum Bononiæ leges has romanas interpretatum fuiſ
ſe, tam & ſi eius nomẽ apud poſteros obſcurum fuiſ
ſe, ſcribat Odofredus noſter in l. ius ciuile. ff. de iuſt.
& iur. in prin. poſt eum autem nullus celebris nomi-
natur iuriſperitus vſq; ad Federicum primũ Occidẽ
11 tis itidem Imperatorem † per quę tempora Irnerius
quidam emicuit, qui cępit maiori apparatu ciuilem
hanc Romanam diſciplinã docere, & gloſſulas quaſ
dam legibus digeſtorum aſcribere. Qua in re tam ce
lebre ſibi nomen comparauit, vt lucerna iuris nun-
cuparetur, ſi Odofredi teſtimonio credimus in pię-
12 citato loco † ſed & Iuſtiniano Codici quaſdam no
uellas conſtitutiones Iuſtiniani ſatis aptè inſeruit,
quibus leges ipſius Codicis in parte aliqua corrige-
bantur, & quas hodie authenticas vocamus.

13 Hunc † ſequutus eſt Martinus quidã, qui ius hoc
Romanum publicè profeſſus eſt, & docuit, non ta-
men ea fœlicitate, qua Irnerius, cum legamus ipſius
opiniones à prudentibus plerumque reiectas, quòd
ſcilicet ſibi ipſe fingeret ęquitatem iuri contrariam.
Qua de re maximam ſibi cumulauit infamiam, vt
idem Odoſre. teſtatur in l. athletas. §. idem ſi furti.
nu. 3. ff. de ijs, qui not. infam. adeò vt non veritus ſit
Iaſ. in §. ſi minus. nu. 22. inſti. de actio. aſſerere, quòd
Martinus iſte nunquam verum dixit.

14 Eodem † ferè tpe cum Martino floruerunt ſatis
celebres (vt ea tempora ferebant) iuriſconſulti: vt Al
dericus, Guatnerius, Gallianus, Columbus, Faſolus,
& quidam alij, quorum nomina ad nos tranſtulit Ac
15 curſius, poſt † quos floruit Vgolinus, qui primus li-
bros feudales, & conſtitutiones vtriuſq; Federici, &
Corradi Imperatorum in ea materia ſcriptas colle-
git, & in decimã, vt ipſe vocauit, collationẽ coniecit.
16 Item † & Bulgarus, qui Vicarij Imperatoris geſſit of
ficium, & Bononiæ docuit, & conſuetudinem illam
celebrem ſua authoritate comprobauit, quòd vxor
relicta à marito vſufructuaria inſtitutis filijs alimen
tis ſit contenta, de qua conſuetudine loquitur Saly.
in authen. hoc locum. C. ſi ſecun. nup. mul. & Socy.
conſi. 5. verſi. 7. in quarto.

17 Itẽ † & Placẽtinus, q. ſummã in Codicẽ, & Iuſtinia
ni inſtitutiones reliqt, quas hodie ĩpreſſas legimus.

18 Item † & Ioannes Boſſianus Cremonenſis, qui pa
riter in Iuſtinianũ codicem ſummam edidit, qua ma
ximè Pacentinũ, æmulabatur, exagitat, atq; ideo vẽ
toſam hãc ſummam appellat Odof. in l. j. ff. de eden.

19 Itẽ † & huius Baſſiani diſcipulus Azo, qui ob ſum
mam, & præexcellentem peritiam iuris fons legum
eſt appellatus, qui pariter ſummam in Codicem Iu-
ſtiniani, & in pandectas reliquit: quæ vſque ad hæc
noſtra ſecula tam magnam ſibi vendicauit authori-
tatem, vt nullus gradum doctoratus adipiſci valeat,
qui in ſtudiorum ſuorum examine ſummatim eius
dicta ſuper titulo ſibi propoſito recitaturum ſe non
profiteatur.

20 Hic † idem Azo coram Henrico coram Imperato-
re cum Lothario eius ſeculi celebri itidem iuriſcon
ſulto quæſtionem illam diſputauit, an prima publi-
cæ poteſtatis, ac iuriſ ictionis authoritas, quam
merum Imperium appellamus, in ſolo Principe re-
ſideret, in qua cum Lotharius Principi præſenti ap
plaudens eius partes tutaretur. Azo verò contrariũ
aſſeueraret de iure verius eſſe, equum amiſit, qui
vincenti pro præmio fuerat conſtitutus: vt ſcribit
Odofred. in l. Imperium. de iur. omni. iud. certum
eſt autem per hęc tempora obſcuram iacuiſſe de iu
re reſpondendi authoritatem, quòd ſcilicet omnes
in reparando, ac interpretando iure nondum perfe
cte intellecto forent occupati.

DE AVTHORITATE RESPONSORVM AB IRNERIO VSQVE AD TEMPORA NOSTRA.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſorum authoritas ab Irnerio uſque ad noſtra tempora.*

Accurſius & cæteri eorum temporum.

2 *Reſponſa pauca ab Accurſio & alijs eorum temporum, & quare.*

3 *Dyni reſponſa.*

4 *Iuriſconſulti quare tempore Accurſij raro reſponderent.*

5 *Impreſſoria ars fuit in cauſa, vt multa poſtea haberemus reſponſa. & nu. 9.*

6 *Reſponſa antiquorum poſt Irnerium breuiſſima & quare.*

7 *Statuta, vt cauſæ cõmitantur conſilio ſapientis & ei ſtetur.*

8 *Reſponſorum vſus quando renatus.*

CAP. VIIII.

1 HOS autem, qui circiter annum Do-
mini 1220. floruerunt, plures ſunt
ſequuti celebres iuriſconſulti, vt Io-
annes de Balnaſco, Accurſius, Ro-
fredus, Innocentius, Hoſtienſis, Gu
lielmus Duranti, qui & ſpeculator
dictus, Iacobus de Beluiſio, Dynus, Petrus de bel-
lapertica, Ricardus, Malumbræ, Cynus, Oldradus,
Calderinus, Iacobus Butrigarij, Rayoerius de Foro
liuio, & aliquot alij, qui non mediocrem ſibi fa-
mam compararunt vſque ad tempora Bartoli, qui
natus eſt anno 1309. & ſummam arcem gloriæ in
hac ciuili ſapientia tenuit aotiquiores autem illi fa-
mam, & gloriam ſunt conſequuti, alij gloſſas legi-
bus applicando, alij materias, & titulos in epito-
men contrahendo, alij iuſtos commentarios inter-
pretationum ſcribendo.
2 Quantum † autem reſponſis valuerint, non poſ-
ſumus certum dare iudicium, cum eorum pauca,
vel nulla ætatem noſtram, vel ſuperiorem attige-
3 rint † exceptis quibuſdam paucis Dyni; licèt & alios
multa edidiſſe reſponſa credẽdum ſit, cum nos non
pauca eorum manu ſcripta legerimus in quibus ſim
plicem quandam, ſed ſterilem, & ieiunam licèt a-
gnoſcere eruditionem, quòd ſcilicet tunc non eſſet
adhuc eò prouecta hæc iuris peritia, vt multis edi-
tis ſcriptis authoritatibus abundaret, vt nunc abun
dat, neque in eis licet agnoſcere lumeo illud, & acu
men ingeniorum, quo poſteri mutua æmulatione
excitari floruerunt, cauſas autem, cur eorum reſpon
ſa ad nos non peruenerint, cum tamen interpreta-
tiones eorum hodie etiam legamus, tres potiſſi-
mum fuiſſe arbitror.
4 Prima eſt † quia cum illis temporibus nempe Ir-
nerij, & cæterorum eius ætatis recens foret huius ſa
croſanctæ diſciplinæ reſtitutio, poſt longum tem-
pus, quo neglecta iacuerat, cum legibus Longobar
dis tantùm vterentur, atque ideo pauci forent iuris
Romani periti; qui celebres reperiebantur, gloſſis
tantùm, ſummis, & interpretationibus vacabant, vt
alios docerent: reſponſa autem non ita à multis re-
quirebantur, quòd eo quoque tempore leges Lon-
gobardæ vigerent, & excepta Boonia, paucis in ci-
uitatibus Romanæ leges obſeruabantur, & ideo, vt
obſeruarentur, illorum temporum iuriſconſulti om
nibus neruis intendebant, quare conabantur varijs
quæſtionibus, & iuſta methodo authoritatẽ earum
augere, & maieſtatem detegere, quod ita in reſpon
ſis facere non poterant, cum vni tantùm cauſæ coge
rentur incumbere, & cum id temporis maiori cum
ſui nominis gloria (vt illis videbatur) potuiſſent in in
terpretatione legum abſumere.
5 Secundam † hanc arbitror fuiſſe cauſam, quòd
ſcilicet temporibus illis ars illa admirabilis litera-
rum impreſſoria nondum erat cognita, quam tamẽ
maiores noſtri hinc ab annis. 150. cognouerunt, per
quam magna librorum volumina modica impenſa
comparamus, cum olim maximis ſtipendijs, & im-
penſis ſcriptores conducerentur, qui vix anno po-
tuiſſent vnum codicem tranſcribere: qua difficulta-
te, & impenſa perterriti ſtudioſi iuris, cum putarent
reſponſa ad eam dumtaxat cauſam, ſuper quam re-
ſponſum fuerat, pertinere, illa negligebant, & gloſ-
ſas tantùm, & ſummas interpretationes, ac commen
tarios in precio habebant, illiſque toto animo in-
cumbebant, & demum theoricam dumtaxat iuris
prudentiæ iã tunc renatæ, & in infantia ſua ferè con
ſiſtentis, & paucis cognitæ amabant, praxim negli-
gebant, quam potiſſimum ſpectant reſpoodentes.
6 Sed † & tertio loco hoc fuiſſe in cauſa arbitror,
cur antiquorum iuriſconſultorum pauca ad nos per
uenerint reſponſa, quòd ſcilicet primis illis tempo-
poribus, quibus è tenebris ſuſcitata fuit hęc iuris Ro
maoi prudeotia, nondum nata fuerat occaſio varijs
opinionibus prudentum, neque contrarijs ſectis,
cum breui illo tempore, vix annorum 160. quod in
terceſſit ioter Irnerium, & Aronem pauci memoren
tur iuriſconſulti, præſertim quorum nomen, excepta
Bononia, alijs in terris Italiæ auditum fuiſſet, & ideo
ſi qua reſponſa dabantur in cauſis, breuiſſima qui-
dem, & arida dabantur, quorum opiniones nondũ
legibus municipalibus latis, eam non habebant au-
thoritatem, vt iudicibus ab eis recedere nõ liceret.
at poſtquàm procedente tempore cœpit adoleſce-
re huius ciuilis ſapientiæ authoritas, & viriles iam
neruos firmare, atq; apud omnes Europæ nationes
obſeruari, cœperunt pariter & eius iuriſprudentes
ſummo in honore, ac maxima in exiſtimatione ha-
7 beri, adeò † vt paſsim editæ ſint ſingulis ferè in ciui-
tatibus, ac muncipijs leges, vt altera parte petente
iudices cogerentur controuerſias apud ſe vertentes
ſapientis alicuius conſilio terminandas delegare,
cuius conſilium tenerentur iudices ipſi ſequi, & ſe-
cundùm illud ius dicere. & præterea collegia iuriſ-
prudentum pluribus in locis principum authoritate
ius illis tum gloſſandi, tum interpretãdi, tum etiam
reſpondendi de iure tribuere cœperunt. quo mure
retinemus imaginem illam moris antiqui, quo Prin
cipes peritis iuris authoritatẽ dabant de iure reſpõ
dendi, à quo munere cæteri, qui ſtudiorum ſuorum
rationem oon reddidiſſent, & publico diplomate ſe
talem authoritatem aſſequutos fuiſſe non poſſent
oſtendere, prorſus excluderentur.
8 Qui † mos initium habuiſſe tempore Dyni, & Cy
ni creditur, quo tempore cœperunt maturius per-
pendi reſponſa ipſa, & inter varias interpretum opi
niones iudicium reſpondentium requiri. Quo factũ
eſt, vt & augeri cœperit reſponſorum authoritas, &
ſumma io veneratione haberi, atque in omni ferè
cauſa omnino requiri, & inde plura cœperint edi re
ſponſa quã antea, vt factum videmus tempore Bar-
toli, Baldi, & eorum, qui eos ſequuti ſunt, & cœpe-
runt etiam ſcriptis mandari, & eorum exempla deſi
derari, vt eis in ſimilibus cauſis, in quibus reſponde
rant, vti poſſent patroni cauſarum, & iudices, & di-
ſcere, quo pacto leges Romanæ ad forum, & ad iu
dicia noſtra poſſent accommodari.
9 Verùm † cum poſtea ars literarum excuſſoria in lu
cem prodijt, hinc cęperunt ſcripta omnia, & reſpon
ſa ipſa toti orbi Romano communicari. quo factum
eſt, vt & magnus iuriſconſultorum prouẽtus florue-
rit, & vix vlla priuata cauſa per iudices abſque iuriſ-
peritorum reſpõſis terminaretur. vidi enim ego plu
res ſententias Clariſſimorum iudicum Venetorum
nouorum ſcilicet, & veterum Auditorum in ipſa Ve
netiarum ciuitate in appellatione pendentes ex pru
dentum reſponſis in ipſis ſententijs deſcriptis pro-
mulgatas: adeo vt nil mirum ſit, ſi prædictis ex cau-
ſis pauciora veterum iuriſconſultorum habeamus
reſponſa, quam ſequentium temporum, & noſtro-
rum præcipuè.

RESPONSA IVRIS PRVDENTVM EVVLGARI VTILE FORE.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſa iuris euulgari vtile.*
2 *Libri non euulgandi ſecundum Platonem abſque Iudicis decreto.*

Reſpon-

3 *Reſponſa euulgari vtile ex reſponſorũ diffinitione.*
Reſponſa quomodo definiatur.
4 *Reſponſa prudentum hodie vtilia propter ſtatuta & propter alia.*
5 *Reſpondentium auctoritas ſi non neceſſaria hodie ſaltem probabilis eſt.*
6 *Reſponſa antiquorũ collecta & euulgata, & nu. 7.*
8 *Reſponſa prudentum leuant laborem Iudicibus & aduocatis.*
9 *Reſponſa vtilia ad decidendum nouas ſpecies.*
10 *Variarum opinionum cauſa in Iure ciuili.*
11 *Noui ſemper exurgunt caſus.*
12 *Interpretes paucas nouas deciſiones adducunt.*
13 *Noua etiam hodie ſemper apparent negocia.*
14 *Reſponſa ſimilia in omnibus nunquam reperiũtur*
15 *Aetas noſtra differt ab antiqua.*
16 *Interpretes theoricæ incumbunt, reſpondentes practicæ.*
17 *Iuriſconſulti præcipuum munus, veteres factorum ſpeciès nouis ac noſtris applicare.*
18 *Reſponſa prudentum quare dicãtur non ſapientũ.*
19 *Prudentia ſine doctrina pluſquam doctrina ſine prudentia.*
20 *Reſpondebant veteres non Interpretabantur.*
21 *Accomodare eſt inducere leges.*
22 *Prudentia neceſſaria in Iuriſconſultis.*
23 *Reſponſa nouellis aduocatis vtilia.*
24 *Pratica fori multum prodeſt.*
Reſpondens æquitatem rigori & econtra componit.
25 *Doctoratus inſignibus datur æque facultas reſpondendi prout docendi.*
Interpretationes ſi licet euulgare ergo & reſponſa.
26 *Reſponſa veriores continent opiniones quàm interpretationes.*
27 *Legentes ex Cathedra ſubtilitatibus & argutijs inherent non ſic reſpondentes.*
28 *Reſpondentes magis conſcientia mouentur quàm docentes.*
Reſpondentes malè puniuntur & peccant.
29 *Reſponſorum initio inuocatur Diuinum auxilium.*
30 *Interpretationes ſæpe ſupponuntur, non ſic reſponſa. & nu. 31.*
32 *Sigillis vtuntur reſpondentes.*

CAPVT X.

COGNITA iam authoritate, ac dignitate, quam à Romanis vſque ad hæc tempora retinuerunt iuriſconſultorum reſponſa, quod neq; lectori ingratum, neque inutile ad comprobationem eorum, quæ infra dicentur, futurum exiſtimo, ad propoſitam quæſtionem, quam tractaturos nos ſumus polliciti, terminandam deueniendum eſt.

1 Quæſtio † ergo ſit propoſita, an expediat hodie, & ſuperioribus annis expedierit reſpondere de iure, & ipſa reſponſa prudẽtum euulgare, & omnibus legenda tipis impreſſorijs excuſſa proponere, quod negat Alciatus præcipitato capite vltimo parergon.

2 Et † quanquam fatear, quòd ſi ſeruãda foret lex, quam Plato in diuina illa inſtitutione ſua de legibus ſcripſit, videlicet. præſcribi, caueriq; oportere, ne cui liceat ea, quæ compoſuerit, aut priuatim oſtẽdere, aut in vſum publicum edere, antequam conſtituti ſuper id iudices viderint, nec damnarint: quam legem hodie ob infœlicia hæc tempora tot peſtiferis hæreſibus vexata ſeruamus quo ad dogmata, & traditiones chriſtianas, & catholicas cuſtodiendas illæſas, vtique abſtinẽdum foret ab euulgatione ſcriptorum, quæ non fuiſſent à iudicibus comprobata. verùm cum hic inualuerit mos, vt paſsim omnes cuiuſcunque diſciplinæ profeſſores ſcribant, & ſcripta ſua edant nullius pertimeſcentes iudicium, præterquam vniuerſale omnium, qui eorum ſcripta legerint, quod fortè iudicium grauius eſt, & ſeuerius q̃ cæterorum iudicum, ideo nunc contendo vtile eſſe reſpondere de iure, & reſponſa iuriſprudẽtum euulgari, atque hoc maximè vtile fuiſſe, & deinceps futurum eſſe iuris ſtudioſis. Quam ſententiam vt amplectar, quibus mouear rationibus, nunc exponam.

3 Prima † ergo ea occurrit, quam ex diffinitione ſiue deſcriptione reſponſorum à Iuſtiniano in §. reſponſa prudentum. inſtit. de iur. nat. gen. & ciu. traditam colligere poſſumus: cum dicat. reſponſa prudẽtum eſſe ſententias, & opiniones eorum, quibus à Cæſare ius reſpondendi datum erat, à quibus iudici recedere non licebat, & quæ inter ſpecies iuris ſcripti connumerantur, quòd ſi ergo reſponſa prudentum vim legis habebant, ſequitur ꝙ euulganda forent, cum lex omnibus nota eſſe debeat l. j. ff. de leg.

4 Quòd † ſi obijceret Alciatus hoc argumẽtum noſtris temporibus non conuenire. cum hodie reſponſa vim legis non habeant, & ab illis liceat iudicibus paſſim recedere, reſponderem hodie quoque pluribus Municipiorum legibus cautum eſſe, vt iudices teneantur cauſas iuriſconſultis committere, ſuper quibus de iure reſpondeant, quid iudicem iudicare oporteat, à quorum reſponſis iudici quoque recedere non licet, dicerem quoq; & contrahentes, & qui teſtamenta condunt ſæpe reijcere clauſulas, & cautiones diſpoſitionum ſuarum ad conſilium ſapiẽtis, vt docent interpretes in l. ſi mandauero tibi. poſt gl. ibi ff. man. & in l. illa inſtitutio. de hæred. inſti. quod etiam alibi ſæpe ſcripſerunt, & non nunquam delegãtur cauſæ à Principe, vel alio ſupremo magiſtratu alicui iudici, vt diffiniat cauſam ſecundùm ſapientis conſilium, quo etiam caſu ab eo non licet delegato recedere, & ſi iudex ſapiẽtem conſulere omitteret, ſententia ipſa nulla foret: vt notatur in c. cum dilecta. de reſcrip. & in c. cum venerabilis de offi. deleg. & Io. Andr. in c. pen. in verſi. cum conſilio. de conſti. & in c. vni. col. pen. verſi. & ideo. ne ſede vacan. & Cataldi. de Sindica. nu. ibi. quas tamẽ reſponſorum ſpecies Alciatus in ſuo parergo non excipit.

5 Præterea † & ſi de illa reſponſorum ſpecie loquamur, quæ à iudicibus non requirunt, ſed à litigatoribus. dicam, quòd & ſi hæc reſponſa neceſſitatem iudici non afferunt, vt illa ſequantur, non tamen negaret Alciatus, quòd & ſi eorum authoritas non ſit neceſſaria, probabilis tamen ſit, & multum ponderis, vt omnes, inter quos & ipſe Alciatus, tradunt in l. j. ff. ſi cer. pet. & canonum interpretes in c. j. & c. ne innitaris. de conſtitu. quo capite monetur iudex, vt non innitatur prudentiæ ſuæ, ſed ſanctorum, & prudentum decretis. cum igitur probabilis ſit de iure reſpondentium authoritas, & probabilia ea dicantur ſecundùm Ariſto. lib. j. topic. cap. 3. & lib. 3. c. 5. quæ talia videntur omnibus, aut pluribus, aut ſapiẽtibus & ijs autem omnibus, aut pluribus, aut maximè probatis, conſequens hoc ſequitur, vt ex reſponſis plurium iuriſprudentum in ea cauſa, vel ſimilibus emiſ-

ſis

ſis iudex poſſit cognoſcere, nam intẽtio actoris, aut rei probabilior viſa fuerit aut omnibus, aut pluribus, aut maximè probatis iuriſconſultis, quod facere non poſſet, ſi non forent edita.

6 His † & tertio loco affinia ſunt maiorum, ac veterum Romanorum exempla, qui reſpõſa prudentum collegerunt plurima, quæ voluerunt vim legis habere, vt paſſim in libris digeſtorum, quæ ſi illis temporibus non fuiſſent euulgata, certè non modica pars iuris ciuilis deperiſſet, cum prudentum reſponſa ſextam partem totius iuris ſcripti occupent, vt teſtatur Iuſtin. in §. ſcriptum aũt. inſt. de iure nat. gen. & ciu.

7 Quòd † ſi Iuſtinianus Imperator non eſt dedignatus reſponſa iuriſperitorum pandectis ſuis inſerere, & ſingulorum nomina, & libros ſingulis legibus præſcribere, cur dedignari debent iudices noſtri temporis reſponſa etiam noſtrorum iuriſperitorum ſi non indiſtinctè, & perpetuò, ac inuiti ſequi, ſaltem lubentes legere, & ex eorum lectione, ſi quid eſt, quod verum ſibi perſuadeat, & quod ad cauſam, quam iudicaturi ſunt, pertineat recipere, & ſequi? quod quidẽ facere commodè non poſſent, ſi non fuiſſent euulgata, & impreſſa plurium reſponſa.

8 Accedat † quarto loco & id, quod Alciatus ipſe negare non audet, quòd cum conſilia, quæ eduntur maximis conficiantur laboribus, & vigilijs, cum omnia, quæ in vtramq; partem excogitari poſſunt, proponantur à reſpõdentibus, & quæ vero propinquiora videntur, certis legibus, rationibus, & authoritatibus comprobantur, contraria verò clarè diluantur iudex planè commodius per ea inſtruitur ad eligendum partem veriorem, cum ea ſibi ex dictis reſponſis ſuggerantur, quæ ipſe ſi legum foret ignarus, vt plerique repetiuntur, nunquam vidiſſet, aut cogitaſſet, & ſi vidiſſet, & præcogitaſſet, non tamen omnia, neque ea ſciuiſſet tot rationibus comprubare, & diluere, & ſi iuris etiam peritiſſimus foret, longo tamen tempore indiguiſſet, vt ea omnia colligeret, & ad manum, & in promptu haberet, quæ longo ſtudio, qui reſponſa ediderunt ac ſummis laboribus cõquiſita ſcripſerunt, quòd ſcilicet, varijs, ac multiplicibus diſtrahantur occupationibus iudicantes.

9 Sed † & quinto loco cõfirmantur validiſſimè præmiſſa ex hoc, quod (vt inquit Iuſtinianus in l. 3. §. ſed quia diuinę. C. de veter. iur. enu.) iuris conditio ſemper in infinitum decurrit, & nihil eſt in ea, quod perpetuò ſtare poſſit, multaſque ac nouas natura ipſa formas ſemper edere feſtinat. Scriptæ enim ſunt leges de moribus, quibus teſte philoſopho, nihil flexibilius, nihilque magis varium, & inſuper ex probabilibus tantùm conſtituuntur leges, & ideò facilè in vtramq; partem verti poſſunt, nam & voluptas bona dici poteſt; quia omnes eam appetũt, & mala, quia cauſa malorum eſt ſæpe.

10 Huius † autẽ variationis ea poteſt eſſe ratio: quia ſubiecta artium, alia æterna, alia caduca, quorum cognitio talis eſt, qualis ipſa natura ſubiecti. æternæ enim demonſtrationes requirunt, vt mathematicæ, caducæ verò ſimilitudinibus ſunt contentæ, vt omnes humanę actiones: atqui cum finis ciuilis ſcientię ſiue ſubiectum ſit iuſtum, & honeſtum, vtq; adeo horum ambigua ſunt, & confuſa omnia in iuſti, & honeſti cognitione, & tam variæ de eorum natura ſunt & opiniones, & errores, vt lege tantùm, vel opinione, non natura conſtare videantur, vt Ariſtot. ſcribit in proę. & hic. c. j. & idem primo polit. & ante eum Pla

11 to contra Ariſtonem, Herillũ, & Pirrhoneum † multa enim in dies emergunt negocia, & controuerſiæ, quæ legibus non ſunt comprehẽſæ: vt ſupra citato in loco etiam ſcribit Iuſtinia. pluraque (vt inquit Vlpia. in l. 4. ff. de præſcr. verb.) ſunt negocia, quàm vocabula. nam ſi leges omnia comprehenderent, nullis indigerimus interpretationibus, nullis reſponſis, nullis deniq; iudicibus; cum iuriſprudentum præcipuum ſit ſtudium, & labor, in definiendis ijs, quæ legislatores omiſere, vt inquit Ariſto. rhet. j. cap. 4. nulla enim in ciuitate, Regno, aut Imperio ſatis multæ vnquam leges omnibus de rebus ſcribi poſſunt. inde euenit; vt magna pars litium, & negociorum, prudentia, conſilioq́, peritorum hominum neceſſariò ſit permittenda. Quæ cum varijs cauſis, & negotijs diſtractus animus iudicis ſatis commodè non poſſit perpendere, conſultor pacatiori animo omnia percurrens, diligentiam, quam præſtare non poteſt iudex, ipſe ſupplet, & multa etiam, quæ interpretes cõtemplationi tantùm vacantes prætericerunt, conſultor diligentiſſimè excutit, vt inquit Soci. conſi. 150. nu. 14. in prin. vbi dicit, quæſtionem illam, quòd filia excluſa à ſtatuto poſſit petere ſupplementum legitimæ, fuiſſe omiſſam ab interpretibus, & definitam

12 tamen per conſulentes. Interpretes † enim legem, quam commentarijs illuſtrant, tantummodo contemplantur: & quanquàm aliquando ad varias quæſtiones deducant, pro maiori parte collectæ ſunt quæſtiones illæ ex reſponſis datis per iuriſconſultos pro deciſione ſpecierum facti, quæ in dies emerſerunt, vt & ipſi interpretes teſtantur, dum dicunt, ſe ita de facto conſultos reſpondiſſe.

13 Neque † tamen ideo ad hanc vſq; ætatem id conſequi potuimus, vt nulla poſſit oriri quæſtio, quæ vel legibus, vel ſcriptis prudentum non ſit terminata. eorum enim, quæ ſcripta ſunt, vel minima eſt portio eorum, quæ quotidie inter mortales contingunt, neque vllis adhuc ſcriptis ſunt deffinita: cum nulla ſit dies, qua nouas non producat facti ſpecies, quæ nullis ſcriptis ſunt comprehenſæ. in tam magno enim negociorum (vt ita dicã) mundo, neceſsè eſt, vt quotidie noui exurgant caſus, & mores & leges cum ſeculis mutentur. quare neceſsè fuit plura prudentiæ relinquere.

14 Excute † enim, & confer diligenter omnia Baldi, Alexandri, & Corneí. conſilia, quorum plura ſunt edita quàm cæterorum; ſed quid horum duntaxat dico conſilia, confer omnia, quæ ſcripta habemus, vix duo reperias, quæ in omnibus ita conueniant, vt in circumſtantijs aliquibus non ſint diſformia: non ſecus ac ſi facies omnium, qui in toto orbe viuunt, tibi contemplari liceret, vix duas etiam reperies, quæ in aliquo altera ab altera non differret. Si ergo noua aliqua facti forma decidẽda occurrat, facilius ex multis reſponſis editis à peritis colligemus, & ſi non eaſdem, ſaltẽ ſimiles deciſiones, & magis ſimiles, quàm ſi ea à legibus pandectarum, & interpretationibus

15 deriuare vellemus. † longè enim diſtat facies noſtri ſeculi, & noſtrorum tribunalium à facie Romanorum, atque ideò facilius ex noſtrorum iuriſperitorum reſponſis colligemus, quæ ad quæſtiones emergentes decidendas conferrent, quam ex antiquioribus. nam cum de noua aliqua quæſtione iuriſconſulto reſpondendum eſt, ſummo ſtudio, ac diligentia hinc, atque illinc is omnia ſcrutatur, omnia excutit volumina, omnia ſimilia colligit, rationes vndique, cauſas, perſonas, loca, tempora, qualitates, verba, mentem diſponentium conquirit, omnia deniq; miſcet, contemplatur, & ponderat, vt veram iuſtitiam, quam quærit, inueniat, & inuentam ſcriptis mãdet, & poſteris exhibeat, vt ſi non eaſdem (quod videtur impoſſibile) ſaltem ſimiles ſciant terminate quęſtiones, quo commodo certè careremus. ſi tot prudentum reſponſa non fuiſſent euulgata.

16 Rurſus † & ſexto loco maximus editionis reſponſorum fructus vel ex eo etiam probatur, quòd interpretes

pretẽs ſoli theoricę,& contemplationi incumbunt,
& circa vniuerſalia dumtaxat occupantur,ad ſpecia
lia verò raro deſcendunt, cum tamen tota reſpon-
dentis de iure cogitatio non modo theoricam, ſed
& praxim ipſam,quæ altera eſt iuris prudentię pars,
pręcipuè ſpectet,& in hanc tantùm collimet ſcopum
vt leges, & vniuerſalia illa theoremata ad facti ſpe-
ciem,quam præ manibus habet, tam commodè ap-
plicet,vt ad eam cauſam terminandam facta videan
tur, quod quidem vti maximi eſt operis, & quidem
laborioſi,ita & neceſſarij,& fructuoſi valde. nam vir
tus iuriſprudentis tota in applicatione conſiſtit vni
uerſalium particularibus, vt inquit Bald. per illum
text. in l. non ſolùm.§.qui primipilum. de excu.tut.
17 † & in hoc ſolo verè ars iuriſconſulti dominatur. nõ
enim parui artificij eſt iungere caſus non deciſos, at
que etiam nec cogitatos,interdum definitis,ac iam
deciſis, ſed tanti eſt verè, quanti eſt iuriſconſultum
eſſe,nam(vt inquit Ariſto.Ethic.lib.3.c.6.)in quo tra
ctat de Ideis in fine,omnes artes duabus modis con
ſiderari poſſunt, quatenus enim præcepta tradunt
intuentur vniuerſale, quatenus autem agunt, ſpe-
ctant particulare.
18 Hinc † fit,vt reſponſa iuriſperitorum appellentur
reſponſa prudentum, non ſapientum, quòd ſcilicet
ſapientia ſit habitus ſpeculatiuus, vniuerſalia tan-
tùm conſiderans,quæ ſcientiarum,ac diſciplinarum
ſunt fundamenta:prudentia verò eſt habitus cum ra
tione actiuus conſiſtens in apta applicatione vni-
uerſalium ad particularia, & ea quæ contingenter
eueniunt circa hominum bona, aut mala; vt diffinit
Ariſto.lib.6.Ethic.relatus in tract.de teſti. nu.69.&
73.vt enim ibi ſcribit Bar.licèt conſtet aliquem eſſe
magnum iuriſperitum, non tam.n ideò ſequitur ne
ceſſariò,ergo eſt prudens,& prudenter conſultus re
ſpondet,ſicut neque erit hæc neceſſaria conſequen
tia,iſte optimè callet medicinam,ergo prudens eſt,
& prudenter medetur:poteſt enim doctus eſſe in ea
arte,& optimè noſcere herbarum,plantarum,& me
tallorum vires,conſtitutionesque corporum,& eo-
rum habitus,& complexiones,& tamen impruden-
ter,& ineptè applicare medicinas ægrotis, nulla ſer
uata temporis,loci,aut ætatis ratione,in quibus ta-
men præcipuè elucet virtus,atque excellentia me-
dici:nam(vt inquit Quintil.lib.6.c.vlt.)nihil eſt in vi
ta prius prudentia, cum fruſtra ſine ea tradantur,&
19 diſcãtur artes,plus † enim vel ſine doctrina pruden
tia efficit,q̃ ſine prudẽtia doctrina. nã qd diſcendũ,
quid tacendum, quo ordine, quid proponendum,
quid denique ſpectandum, qua ratione ad cauſam
omnia applicanda,conſilij eſt,& prudentiæ.teſte e-
tiam Ariſto.Rhet.lib.3.dum inquit. etenim quid, &
quale,& quantum ſic ſe habet:vt prudentia affirma-
uerit. Cum igitur prudentia, quæ in praxi ipſa, & in
applicatione theoricæ conſiſtit, ex prudentum re-
ſponſis facilius adiſci poſſit, quàm ex interpretum
commentarijs, facilè perſuaderi poſſumus multùm
conferre reſponſorum editionem,ex qua tantum ca
20 pere poſſumus commodum † quod etiam veterum
exemplo diſcere poſſumus,qui ex profeſſo non do-
cebant ius ciuile,ſed tantùm reſpondebant de iure,
& conſultatoribus vacabant,potiuſquàm diſcere vo
lentibus,vt author eſt Pomp.in l.2.§. iuris ciuilis ſa
pientiam.de iuſt.& iur. reſpondendo enim de iure,
ſatis putabant ſimul etiam diſcipulos erudiri poſſe,
vt ſcribit Tull. in fine libri de claris oratoribus, qui
inſcribitur Brutus,& in lib.2.de oratore, cuius ver-
ba retuli ſupra cap. 5. nihil enim aliud eſt hodie de
iure reſpondere,quàm veterum deciſiones,ac ratio
nes nouis factorum ſpeciebus, quæ noſtris tempori
bus in dies emergunt,prudenter, iuſta ratione, atq;
ſimilitudine componere, & accõmodare, vt inquit
21 Tul. pro lege Manilia, quo † verbo accommodare
propriè in hunc ſenſum vtebantur antiqui:vt Heren
nius in l.filio patroni,in prin.de ritu nup.in illis ver-
bis,idem iuris ex ſententia legis accommodatur,&
Vlpia.in l.cum quaſi.§.quicunque igitur.ff.de fidei-
com.liber.dum inquit. accommodabimus mentem
Senatuſconſulti, quæ etiam ad hæredem infantem
trahenda eſt,& alibi etiam ſæpe.
22 Cum † igitur in hoc iuris munere reſpondendi de
iure prudentia ipſa viuat,ſpiret, & totam ſeſe exhi-
beat, ac in medijs litium ipſarũ medullis ſe ingerat,
& omnia æquilibrio perpendat,conſequẽs ſit: vt pu
blicè interſit hæc reſponſa legi, vt eorum exemplo
ſciant,& iudices iuſtè iudicare, & iuriſcõſulti aptè,
& prudenter reſpondere,& litigantes iura ſua tueri.
Quò fructu ſi careremus, & ſepulta manerent iuriſ-
prudentum reſponſa,nullus non videt, quãta foren
ſibus cauſis iactura ſit ſequutura.
23 Neque † modicè & ſeptimo loco præmiſſis con-
fert(quod neq; ipſe Alciatus etiam negat)quòd ſci-
licet reſponſa prudẽtum euulgata maximè proſunt
eis, qui à ſcholis in forenſem puluerem deſcẽdunt,
quòd ſcilicet cum antea ſemper contemplationi tã
tum inſudauerint,domum reuerſi in forẽſibus actio-
nibus multùm hæſitare ſolent;nam(vt teſtis eſt Pla-
to)qui regulas dũtaxat, & axiomata vniuerſalia mu-
ſices, vel picturæ norunt, ea tantùm ſcire dicuntur,
qua ante muſicam,& picturam ſunt, non tamẽ ideò
muſici atque pictores appellari poterunt,donec vo
ce,ac manu docuerint, probè ſe ſcire regulas ipſa-
rũ artium tractare,& ad vſum, qui finis eſt omnium,
accomodare.
24 Et † profectò(ſi verum fateri licet)abſque cogni-
tione, atque arte componendi vniuerſalia theore-
mata cum ſingularibus negocijs manca eſt iuriſpru-
dentia, ſed & inutilis, & ludibrio expoſita, vt pote
quæ muta ſit in medio foro,atque hæbes in ciuili iu
diciorum luce, & nõ plus poſſit, quàm poſſit homo,
cui manus,& lingua deſint.vidimus enim quandoq;
iuriſperitos non mediocris ingenij,qui tamen in iu
riſprudentum reſponſis verſati non fuerant, ſed in-
terpretationibus, & comentarijs, & ſubtilibus argu
tiolis tantùm operam narrauerunt, cum eis de iure
in ſcriptis reſpondendum fuiſſet, non modò abſur-
dè,ſed & incommodè,& confuſè adeo reſpondiſſe;
vt quid demum ſentirent, nemo noſtrum poſſet ſa-
tis perſpicere, veluti ſi cum dextra ſolitus eſſet quis
pugnare,tunc ſiniſtra vti cogeretur.aliud eſt enim a-
cutè argutari,an teſtamenta ſint de iure gẽtium,vel
ciuili,an dos ſit ius vniuerſale,an animus, & poſſeſ-
ſio ſit iuris,vel facti. aliud noua facti ſpecie propoſi
ta ſtatum cauſæ rectè cognoſcere, verba diſponen-
tium menti, & mentem verbis accomodare, ratio-
nem,æquitatemque rigori conferre, & ex perſonis,
ex temporibus,ex cauſis,atque ex alijs circumſtan-
tijs eruere,atque ad omnia, quæ dicuntur,leges ſcri
ptas, & authoritates iuriſprudentum tam aptè de-
ducere,& componere, vt ad eam ſpeciem facti, quã
tractat iuriſconſultus,natę videantur,quod quidem
ſolius prudentis,ac de iure reſpondentis eſt munus,
ſiue igitur reſpõdere de iure quis velit, ſiue iudican
di munus ſuſtineat,facilius quo pacto hæc exercere
valeat,cognoſcet,vel ex ſolis libris reſponſorũ Ale
xandri, quàm ſi multorum cõmentarios excuſſerit.
25 Neque † & hoc octauo loco omittẽdum eſt,quòd
cum in euehendis ad doctoralem apicem iuris ſtu-
dioſis, illis concedatur facultas gloſſandi, & inter-
pretandi leges, ac etiam de iure reſpondendi, eaq;
authoritas hæc tria faciendi vnà, & coniunctim, ac
ſub vnica determinatione concedatur: non video
ratiooem

rationem bonã, cur admittat Alciatus eurilgari gloſ
ſas, & interpretationes, quod & ipſe fecit, & tamen
neget reſponſa, quæ ex eadem authoritate proce-
dunt, in publicum edi, cum tamen melius, ac tutius
ſit inhærere opinionibus Iuriſconſultorum, quas in
reſponſis tenuerunt, quàm quas in commentarijs; vt
infra docebo. ſuperflua enim foret illa authoritas
de iure reſpondendi, vel ſaltem ocioſa, parumq́ne
fructuoſa, ſi reſpõſa ipſa illi tantùm cauſæ, ſuper qua
data fuerunt, inſeruire deberent, atque ideo ipſa pu
blicare neſas eſſet, cum tamen laudet Alciatus com
mentarios, & interpretationes edi, quæ ſimul om-
nia ab eadem authoritate principali, atq; vna, & ea-
dem voce tributa ſunt: cum tamen Tul. nihil eſſe, ſæ-
pius teſtetur, quod magis conferat iuriſperitis ad
amplificandam dignitatem, quàm de iure reſponde
re, vt ſupra c. 5. & alibi etiam retuli.

26 Quibus † & nono loco hoc addendum eſt, quòd
veriores habentur opiniones iuriſconſultorum in
reſponſis expoſitæ, quàm in commentarijs, & inter-
prætationibus: quod & ſi inter iuriſperitos aliquan
do controuerſum ſciam, cum alij contrarium ſen-
ſerint, tamen hæc ſententia crebriori calculo rece-
pta fuit; vt Iudex in iudicando potius ſequi debeat
opiniones in reſponſis ſcriptas, quàm in commenta
rijs, quòd ſcilicet conſcientiæ lædendæ timor bonũ
virum diligentiorem faciat in reſpondendo quàm
in interpretando. quare & Bar. in l. paterfilium. nu.
2. ver. ego iam ſic. C. de inſti. & ſubſti. ſcribit hæc ver
ba. Ego ſic in curſu lectionum proceſſi ſecũdùm opi-
nionem modernorũ, poſtea cum caſus occurriſſet,
de facto volens melius, & accuratius videre adheſi
contrariæ opinioni. quod ibi Iacob. de S. Georgi. di
cit memoriæ commendandum, idem quoque dixit
Alex. conſi. 185. nu. 25. verſ. decimoquintò non ob-
ſtat. in 2. & Boer. deciſ. 155. nu. 25. & Bal. in l. compa
rationes. nu. 10. verſi. & aduerte magnum errorem.
Bar. C. de fid. inſtru. vbi excuſat Bar. dicens, quòd ſæ
pè iuriſconſulti docentes in curſu lectionum ſolent
errare, & labi: & ea etiam ratione Andr. Sicul. in c.
cum contingat. de foro comp. nu. 28. ver. ego longè
miror. reprehendit Bar. & Panor. & antiquos docto
res, quòd ſolebant tranſcribere in eorum reſponſis
ea, quæ dixerant in ſuis lectionibus, dicens hoc fieri
non debere, quia iuriſprudentes in conſilijs debent
procedere maiori diligentia, & maturiori conſilio,
& plenius examinare. quod etiam idem And. repe-
tijt in c. 2. nu. 85. circa fi. eo. tit. & idem quoque con
ſi. j. col. 24. verſi. item aliud eſt conſulere, in primo.
vbi excuſans ſe ipſum, quòd in tractatu ſuo de Car-
dinalium præſtantia vnam tenuerit opinionem, &
eo reſponſo contrariam, inquit, quòd aliud eſt con-
ſulere, & iudicare, aliud diſputando, vel legendo ali
quid aſſerere, & ideo concludit tenendum, quòd ip
ſe in eo reſponſo maturiori iudicio ſcripſit, quod
idem pariter repetijt in conſi. 58. num. 21. in princ.
idem quoque ſenſit Curt. Seni. conſi. 76. in vlti. ver-
bis. & Cor. conſi. 222. nu. j. verſic. his tamen non ob-
ſtantibus. in primo, vbi loquens de Ioanne Andrea
dicit, quòd in curſu lectionum, & interpretationum
eam non adhibebat curam, quam in alijs ipſius ſcri-
ptis ſolitus erat adhibere. & idem affirmat de Bar. in
conſi. 272. col. 5. nu. 5. verſi. & maximè, quia potuit.
in quarto, & Cuma. conſ. 87. in prin. dicit, quòd ipſe
in ſcholis quandoque tenebat vnam opinionem, &
tamen conſulendo maturius omnia perpendebat, &
contrarium tenebat. & Bal. conſi. 27. in fi. in ſecũdo
dicit, quod Bar. in curſu lectionum feſtinans non po
terat omnia conſiderare, quod & refert, & ſequitur
Io. Bap. de S. Seuer. in tract. de tranſac. q. 13. & Soci.
iun. conſi. 23. nu. 10. in prin. & Cagnol. in l. nemo po
teſt mutare. num. 8. ff. de reg. iur. & Pariſ. conſi. 110.
nume. 57. & ſeq. in princi.

27 Quorum † ea ratio eſſe poteſt, quòd plures ex ca
thedra docentes inutilem quandam pompam ſpe
ctant, & vanam (vt ita dicam) thraſoniſmum ad au-
cupãdam ingenij, & ſubtilitatis famam. ſcholæ enim
ſunt veluti ſcena, & theatrum quoddam, in quo do-
centes maiori faſtu ſe exercent, & audientium nu-
mero excitati, multa ſæpè dicunt paradoxa, vt ſubti
les, & ingenioſi habeantur, atque ideò ſtudio con-
tradicendi multùm vtuntur canillis, & ſophiſticis ar
gumentationibus, quibus receptas iam conentur e-
uertere ſententias, quaſi pudeat cum cæteris conue
nire, & nil verum ſit, quòd non nouum, palmarium
etiam reportaſſe putãtes, ſi quid argutius, & ab alijs
non excogitatum, quantumuis falſum, & abſur-
dum dixerint.

28 Et † profectò multa ſunt, quæ ſuadent potius re-
ſponſis credendum quàm commentarijs, & præ cæ-
teris conſcientiæ reſpondentium remorſus, ne ſcili-
cet malo ſuo conſilio iuri alicuius præiudicent: ne-
mo enim præſumitur immemor ſalutis æternę. l. vlt.
C. ad l. Iul. repe. c. ſancimus. j. q. 7. Quid enim pro-
deſſe poteſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur,
animæ verò detrimentum patiatur? aut quid dabit
homo in commutationem pro anima ſua?, vt inquit
Saluator apud Marcum c. 8. in fi. & refertur in c. Ma
theus. in fine de ſimon. præſertim cum ſciant reſpõ
dentes ſe de malo conſilio, & negligentia rationem
reddituros Deo, & lege etiam ciuili mali conſilij
reos puniri, & damna, & intereſſe partis reſarcire te
neri: vt docet Bart. in l. a. & in l. ideo. §. ſi quis eo. ff.
manda. & Panor. in c. tua nos. de homici. in prin. vbi
etiam Anto. & Ioan. de Ana. & tradunt omnes in l.
diem functo. in glo. vlt. ff. de officio aſſeſſ. præter id,
quòd ſi ſimilem ipſi in futurum cauſam haberent, eo
dem iure vti tenerentur, quod ipſi parti conſulenti
reſponderunt: vt tradunt omnes in l. j. ff. quod quiſ-
que iur. vbi Alex. nu. 5. & Iaſ. nu. 10. & ideo cum qui-
libet præſumatur bonus. l. non omnis. §. à barbaris.
ff. de re mili. l. meritò. ff. pro ſoci. l. ſeruo. & l. teſta-
mento centurio. ff de man. teſta. non eſt veroſimile,
quòd malum, & iniuſtum reddant iuriſperiti reſpon
29 ſum, † præſertim cum moris ſit omnibus de iure re-
ſpondentibus in ipſius reſponſi initio, Dei, ac Spiri
tusſancti gratiam, & illuminationem implorare, &
ſciant inter cætera Spiritusſancti dona connumera-
ri etiam donum conſilij, vt teſtatur Iſaias cap. 11. his
verbis. (& requieſcit ſuper eum Spiritus Domini,
Spiritus conſilij.) & de quo latè Thomas 2. 2. q. 52.
art. j. & Prouerb. 8. ſcribit Sapiens in perſonam Om
nipotentis Dei (meum eſt conſilium, mea eſt prudẽ
tia, mea eſt æquitas, per me reges regnant, & condi-
tores legum iuſta decernunt) atque vix credi poteſt
vt Chriſtianus quiſpiam tam perditę ſit conſcientię,
& ſalutis æternæ tam immemor, vt maieſtate Spiri-
tusſancti abutatur, quam primis verbis innocauit:
quin potius credendum, vt toto animo, ac totis viri-
bus maxima vtatur diligẽtia, vt verum reſpondeat,
neque ſacroſanctæ iuriſprudẽtiæ miſteria profanet.

30 Quibus † rationibus & hæc decimo loco adden-
da eſt, quòd interpretationes, & commentaria ſæpè
non eduntur ab eorum authoribus, ſed vel ab eorum
auditoribus à viua voce docentis excepta publican
tur, & plerunque mutila, confuſa, & deprauata, vel
ipſis authoribus defunctis ab eorum hæredibus iu-
ris ignaris eduntur, & fortè contra mentem defun-
cti, cum neque correcta, neq; etiam reuiſa ab eo fue
rint, cum tamen reſponſa omnia ab ipſiſmet autho-
ribus matura deliberatione, & maxima diligẽtia pre
habita tradantur conſultoribus, quæ cum ſciant ſe
in futu-

in futurum non poſſe corrigere; cum iam fuerint exhibita, ea non permittunt manus ſuas exire, niſi accuratè, & lecta, & relecta fuerint.

31 Accedat † vndecimò, quòd interpretationes, & commentarij ſæpè eduntur ſuppoſito nomine celeberrimi alicuius iuriſconſulti, vt eo nomine, qui illos edunt, fucum faciant lectoribus, cum tamen à vix noti hominis ingenio prodierint, vt de ipſo Coripheo Bartolo traditur, cuius nomine fuerunt ſuppoſiti commentarij cuiuſdam Contis de Peruſio ſuper dimidia parte libri. 1 s. Codicis, & ſuper toto libro 12. vt ſcripſit Alex. conſi. 125. nu. 10. in 7. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. nu. 15. ff. qui ſatiſd. cog. ſic & ſcripta ſuper conſtitutionibus nouellis Iuſtiniani eo in libro congeſtis, quem nos authenticum vocamus, falsò fuerunt eidem Bartolo attributa, vt ex ſtylo, & allegatis, & authoritatibus doctiſſimi viri ſunt arbitrati: vt dixit Soci. conſi. 113. nu. 2. in prin. ſic & interpretatio l. ſi arogator. ff. de adop. falsò eidem Bartolo aſcribitur: vt Iaſ. ibi teſtatur in prin. prout & repetitio. l. Barbarius. ff. de officio prætor. vt Iaſ. ibi ſcribit nu. j. pariter & repetitio l. Cæſar. ff. de publica. vt ex Alberico ſcripſit Iaco. de Nigr. in l. j. in princ. nu. 36. ante verſi. limitatur iſta communis. ff. de officio eius. Quinimo & omnia, quę ſub nomine Bartoli ſcripta ſunt ſuper primo libro ff. veteris, & tot. tit. ff. de adm in. tut. falsò dicuntur nomen ipſius pręferre, vt refert Imol. in l. is, qui reuſ. nu. 26. in fi. ff. de pub. iud. & Alex. in l. diem functo. ff. de officio aſſeſſ. & in Rubri. ff. de acq. hære. in prin. & Iaſ. in l. omnes populi. in prin. ff. de iuſti. & iur. & Alex. in l. quia tale. nu. 2. in fi. ff. ſol. mat. & Corn. conſi. 83. nu. 14. in 4. & idem de multis alijs falsò certis authoribus attributis dici ſolet, & ideò dixit Ioan. de Ana. in c. fi. de maledi. col. 8. verſi. & quia ſupra allegaui Bar. quòd non procedit iſta conſequentia, dixit Bar. ſe ſcripſiſſe ſuper hoc titulo, ergo ſcripta, quæ reperiuntur euulgata ſub eius nomine, verè ſua ſunt; quia ſæpè ſupponuntur ſcripta, ſicut partus. quinimo dubitatum ſæpè fuit, an libri plures tam veteris quàm noui teſtaméti verè fuerint ſcripti ab ijs authoribus, quorum nomen præſeferunt, vt notum eſt apud Orthodoxos patres.

Omitto, quòd de libris pluribus Ariſtotilis, & Platonis à multis pariter dubitatum fuit, & hodie dubitatur. omitto etiam poetas, hiſtoricos, & omnium artium, atque ſcientiarum authores, quibus multi ſuppoſiti fuerunt libri, quos ipſi nunquam ſcripſerunt, & quos longum eſſet referre. quæ tamen dubitatio, & quod incommodum in reſponſis conſiderari non ita facile poteſt, nam & authores eorum propria manu illis ſubſcribunt nomen ſuum, qua ſubſcriptione probatur non eſſe ſuppoſitum authorem. l. ſicut §. non videtur. ff. quib. mo. pign. vel hyp. ſolu. cum alijs concord. de quibus per Deci. conſi. 115. nu. 4. & conſi. 447. nu. 9. & in ſpecie de ſubſcriptione conſultoris tradit Iaſ. in l. prætor. §. cogentur. ff. de eden. nu.
32 14. † & præterea apponūtur etiam ſigilla authorum ex pręrogatina eis data per Imperatores, vt per Pōpo. in l. 2. §. poſt hunc. ff. de orig. iur. quo ſigillo apertè probatur verum eſſe nomē authoris, quòd etiam ipſi ſigillo impreſſum eſt, non eſſe ementitum, vt habetur in c. inter dilectos. §. ſed contra. verſi. ſed cum proprium nomen. de fide inſtr. & tradit Boer. deciſ. 82. nu. 2. facit enim fidem ſigillum, & ſupplet vim teſtium; vt notant omnes in c. poſt ceſſionem. de proba. & per Iaſ. in l. pacta nouiſſima. nu. 16. C. de pac. & Crau. conſi. 121. nu. 7. & conſi. 122. nu. 10. ex præmiſſis ergo infertur, quòd cum certi eſſe poſſint reſponſorum authores, incerti verò commētariorum, è republica magis ſit edere reſponſa, de quorum authoritate dubitare non ita facile licet, quàm interpretationes, de quarum authorib. incerti eſſe poſſumus.

ALIAE RATIONES, QVIBVS PROBATVR VTILE ESSE RESPONSA EDI.

CAPVT XI.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſorum vſus antiquior.*
2 *Publio Cornelio Naſica publica domus in ſacra via data eſt, non vt doceret, ſed vt reſponderet.*
Reſpondebant potius quàm docerent antiqui.
3 *Interpretationes prohibita à Iuſtiniano non ſic reſponſa.*
4 *Alciatus reprehendendus, quòd interpretationes ediderit non reſponſa.*
5 *Aequitatem ſequuntur reſpondentes. & nu. 6.*
6 *Subtilitates fugiendæ.*
7 *Aequitas quare in reſponſis ſit ſeruanda.*
8 *Reſponſa prudentiam, ingenium, iudicium, & diligentiam magis oſtendunt.*
Reſpondere difficilius quàm docere.
9 *Reſpondenti 4. hæc neceſſaria, ingenium, prudētia, diligentia, & iudicium.*
10 *Ingenium quid, & quomodo eo vtendum.*
11 *Prudentia maxima in reſpondente requiritur.*
Diligentia maxima requiritur in reſpondente & multum adiuuat ingenium & nu. 12. & 13.
14 *Iudicium maximè neceſſarium in reſpondente.*
15 *Iudicium vocatur etiam conſilium.*
16 *Conſilium etiam iudicium dicitur.*
17 *Reſponſa edēda quia imaginem habent & exēpla. ingenij, prudentiæ, diligentiæ, & iudicij.*
18 *Reſponſa docent practicam.*
Practica, quæ reſponſis habetur eſt finis Iuriſprudentiæ, & nu. ſeq.
20 *Practica qui caret, non bonus Iuriſconſultus.*
21 *Reſpondere coguntur Iuriſprudentes non ſic docere.*

SVNT & aliæ rationes non leues, quę me impellunt, vt credam vtile eſſe, & laudabile reſponſa publicari, &
1 † primùm hæc, quòd antiquior videtur reſponſorum editio, quàm interpretationum, quod colligo ex ſcriptis Pomponij in d. l. 2. §. iuris ciuilis ſapientiam. ff. de orig. iur. cuius hæc ſunt verba (& quidem ex omnibus, qui hanc ſcientiam nacti ſunt ante Tiberium Coruncanium publicè profeſſum neminem traditum. cæteri autem adhuc vel in latenti ius ciuile retinere cogitabant, ſolùmque conſultationibus vacabant, potius quàm diſcere volentibus, ſe præſtabāt) & paulò infra in §. deinde quintus, loquens de eodem Tiberio Coruncanio inquit (poſt hos fuit Tiberius Coruncanius, qui primus profiteri cępit, cuius tamen ſcriptum nullum extat, ſed reſponſa com
2 plura, & quidem memorabilia.) quibus † & id affine eſt, quòd Pub. Cornelio Naſicæ publicè domus in ſacra via data eſt, non vt ius ciuile interpretaretur, aut doceret, ſed quò facilius conſuli poſſet, & de iure reſpondere, vt idem Pomp. author eſt in d. l. 2. §.

iuris

iuris ciuilis ſcientiam.& Tul.lib.j. Tuſcula.& ſcripſi
etiam ſupra c.14.Hic enim pręcipuus erat iuriſcon-
ſultorum mos, vt neminem ius ciuile docerent, ſed
tantùm reſpondendo de iure ſtudioſos audiendi in
trarent:vt ſcribit etiam Tul.in fine libri de cla.orat.
& in libris de oratore ſæpe, & dixi ſupra eod. c.4.ꝙ
ſcilicet putarent facilius poſſe ex reſponſis ius ciui-
le addiſci,quàm ex interpretationibus, & reſpôden
do plus ſibi authoritatis compararent quàm com-
mentarios ſcribendo.ſi ergo antiquorum mos,quid
habet momenti,conſtat, reſponſa prudentum prius
edi cępta fuiſſe,quàm interpretationes, quæ nô mo
dò non euulgabantur, quinimo ſupprimebãtur, ita
vt reſponſa tanquam vtiliora & docentis, & conſulẽ
tis vicem ſuſtinerent.non ergo dubitandum, an con
ferat publicæ vtilitati hodie quoque edi reſponſa,
cum antiqui apertè,& palam reſponſa darent,in oc
culto verò ius ciuile docerent, quod quidem vehe-
mens eſt iudicium putaſſe veteres, magis conferre
ſtudijs iuris reſponſa, quàm interpretationes.
3 Verùm † & hoc contra Alciatum mirificè vrget,
quòd legamus Iuſtinianum ex profeſſo prohibuiſſe
interpretationes, & commentaria ad leges pande-
ctarum exceptis paratlitis,& ſummis quibuſdam:vt
ſcriptum eſt in l.j.§.ideoque iubemus.qui eſt penul.
& in l.2.§.hoc autem,quod ab initio. C.de vete.iur.
enu.cum tamen reſponſa prudentum dari,eaq́ edi,
& publicari nunquam prohibitum legamus. quòd
ſcilicet putarit minori dãno cedere ſuppreſſionem
commentariorum,quàm reſpõſorum, & eorum edi
tionem magis vtilem,quàm interpretationum, quæ
leges ipſas plerunque facilè poſſunt corrumpere,&
ſanum ſenſum abſurdum facere, eoque trahere le-
giſlatoris mentem,quò nunquam ſpectauit.Repre-
4 hendẽdus † ergo potius foret Alciatus, quòd cõtra
expreſſam Iuſtiniani prohibitionem interpretatio-
nes ad leges,& commentarios multos edidit, quàm
ſi reſponſa ſua publicaſſet, quæ nulla lege publicari
vetabantur.
Quę ſententia hac etiam conſideratione compro
5 batur quòd † conſulentes æquitati potiſſimum inhę
rent,illamq́ue iudicibus & oſtendere,& perſuadere
conantur,cum tamen interpretes rigorem,& ſubti-
litates potius ſectentur, & tamen æquitas in iure po
tiſſimam ſibi partem vendicat,vt inquit Paul. in l.in
omnibus quidem ff.de reg.iur.iudicis enim propriũ
eſt æquitatem ſequi, & iuris rigorem æquitatis tem
peramento lenire; vt tradunt omnes in l. placuit. C.
de iudi.& in l.ſi tibi.ff.ſi cer.pe.& in c.vl.de tranſac.
quinimo & propter æquitatem licèt à regulis iuris
recedere.l.ſi me,& Titium.in fi.ff.ſi cer.pet.& in l.di
uus.ff.de in integ.reſti.& l.qui filium.§.vlt. ad Treb.
& not.in l. q̃d ſi Epheſi. ff.de eo.quod cer. lo. & per
omnes in c.ex parte il.2.de offi.dele.ergo Reipubli-
cę magis conferret,iudicem ad æquitatem inſtrui in
iudicãdis cauſis,quàm ad varias ſpeculationum ſub
6 tilitates. † nam(vt inquit Celſus in l. ſi ſeruum.§.ſe-
quitur.ff.de ver.ob.)ſub authoritate iuris plerunque
perniciosè erratur,nimia enim ſubtilitas cauſat er-
rorem,vt inquit Bal.in l.poſthumo.col.2.in 4.q.C.
de bo.poſeſſ. contra tab. & Speculator in proœmio
ſui ſpecul.in verſi.cæterùm nõ eſt,ſcribit,quòd ſunt
nonnulli,qui ne hæbetes iudicentur,nimia ſubtilita
te falluntur. atque ideo Fely.in c. cum ex officij.de
præſcrip.nu.31.verſi. dum autem dixi, reprehendit
Innocẽtium,quòd fuerit nimium ſubtilis in ſuis cõ-
mentarijs.& Tul.in priu.offici. callidas appellat iu-
ris interpretationes. ſummumq́ue ius appellat Te-
rentius in Euthon. ſummam malitiam, & iniuriam.
non ergo immerito idem Tul.in 5.Phili.laudat Ser-
uium Sulpitium,quod admirabilis fuerit ſcientiæ in
ſententijs ex æquitate explicandis,ita vt non tam le
gis, quàm iuſtitiæ conſultus appellaretur, ac etiam
C.Aquilium extollit, quòd ſua prudentia nunquam
iuris ciuilis rationẽ ab æquitate ſeiunxerit. etenim
iuriſprudentia ars boni, & æqui, vt ex Celſo ſcribit
Vlpia.in l.j.ff.de iuſti.& iur.atque ideo Tul. lib.3.of
fici.contendit,iuriſconſultos melius callere ęquum,
& honeſtum, quàm filoſophos ſtoicos.adde, quòd
(vt inquit Quintiliu.lib.12.)omnis iuris quæſtio aut
verborum proprietate,aut ęqui diſputatione,aut vo
luntatis coniectura continetur,in quorum 2. & 3.re
ſpondens de iure potiſſimum occupatur,cum inter-
pretes in priori pręcipuè verſentur.
7 Aequitatem † autem maximè ſectantur reſpon-
dentes,& ſubtilitates fugiunt;tum quia ſępè iudices
iuris ignari ſunt,vel ſaltẽ non ſatis docti, & ideo ar-
gutias,& ſubtilitates non intelligerẽt: tum quia pro
prium eſt iudicis(vt dixi)æquitatem ſpectare, & il-
la potiſſimum vti in decidendis, & terminandis cau
ſis.Quis ergo non videt hac quoq; ratione è re om-
nium ſatius eſſe reſponſa prudentum frequentius
legere, quibus æquitatem, & coniecturas volunta-
tum conantur eruere iuriſperiti,& docere,quàm in-
terpretationes,quæ plenæ ſunt quandoque argutijs
& ſubtilitatibus inanibus.
8 Sed † hoc quoque minimè eſt omittẽdum, quòd
in reſponſis maior prudentia reſpondentis, magis-
que ſolidum ingenium, atque emunctius iudicium,
& accuratior diligẽtia perſpici poteſt quam in com
mentarijs.Quæ res vti maximè ſunt difficiles ad aſſe
quendum, ita & abſolutiſſimum oſtendunt iuriſcon
ſultum,quippè quòd,vt inquit Tul.de oratore.Quę-
ſtiones qui formant(quod faciunt interpretes)faci
lem rem aggrediuntur;quia in propoſitione quęſtio
nis tota res perſpicitur,& vno ſolo termino contine
tur,extra quem vagari non licet, facilèque ſe expli-
cat diſputator, nunquam propoſitam excedens ma
teriam.at cum de iure in aliqua cauſa reſpondẽdum
eſt, tametſi & terminus illius cauſæ circumſcribatur
reſpondens:attamen plerunque tabulę,teſtamenta,
pacta,conuentiones,ſtipulationes,cognationes,af-
finitates,leges,ſtãtuta,decreta,iuriſdictiones, iudi-
ciorum ordines,voluntates,mentes,verba,omnes-
q́ue tum perſonarum,tum rerum,locorum, tempo-
rum,cauſarum qualitates,& circumſtantiæ non mo
dò ſpectãdæ ſunt,ſed ſedula cura, ſumma vi ingenij,
altiſſimaque prudentia excutiendæ, perpendendæ,
atque ad rem ſuam accomodandæ.Quibus in rebus
puto vniuerſam de iure reſpondẽtis vim,& gloriam
eſſe repoſitã.Quæ(vt inquit,M. Antonius apud Tul.
in 2.de oratore)vigili cura, intenſa animi cogitatio-
ne,vigilantia, aſſiduitate & labore conſequenda eſt:
9 cum † in hac tã præclara arte conſultandi, & reſpon
dendi de iure hęc quatuor præcipuè vigere debent,
videlicet ingenium,prudẽtia,diligẽtia,& iudicium,
vt memoriam nunc omittam, quam licèt propriam
eſſe iuriſconſultorum dicat Tul.j.de orato.attamen
cum ſcriptis locis communium materiarum, & ſin-
gularium facilè adiuuari poſſit, vt hodie paſſim ex-
perimur,ea potius reſpondenti ex tempore neceſſa
ria eſt,quàm ijs, qui libros cõſulunt, & ex eis rñdent
longo adhibito tempore, de quibus nũc tractamus.
10 Ingenium † etenim eſt quædam vis naturalis no-
bis inſita, ſuis viribus præualens ad inueniendum,
quod ratione iudicari poſſit. prout ſic definit Tul.
lib.5. de finibus.indiget ergo conſulens ingenio: vt
rationes,& argumenta inueniat,quæ cauſæ ſuæ con
ferant,quod tamen non requiro nimium curioſum,
& ambitioſum,vt ſubtilitatibus ſuis frãgatur,& elu-
datur,ſed ſobrium,pudicum,ſubactum,ac deniq; re
ctum.& ꝙ acumen ſuum dirigat ſp in bonũ,& æquũ.

Prudentia

51 Prudentia † quoque maxima indiget conſultor, quòd ſcilicet inutile foret ingenium, niſi prudentia mala, & bona ab ingenio inuenta ſeligeret, quod eſt prudentiæ proprium, quæ cum à prouidendo ſit appellata, longius proſpicit, quàm ingenium, & quæ nocere, vel prodeſſe poſſunt, diligenter perpendit; cum nil aliud ſit prudentia, quàm rerum expetendarum; & fugiendarum ſcientia: vt inquit Tul. in prin. offici. & vt idem in 5. de finibus ſcribit, eſt bene viuendi, & bene ſentiendi ars; prudentis enim proprium eſt determinare circumſtantias ſecundùm Ariſtot. quod maximè ad officium conſultoris pertinet; neque tamen etiam hic eam requiro prudentiam, quæ in ſeligendis argutijs, & cauillis defatigetur. hoc enim eſſet abuti prudentia, & qui hæc facerent, verſuti, aſtuti, ac callidi appellarentur, meritò non prudentes.

52 Diligentia † autem ſi in omni arte magnam ſibi partem vendicat, in hoc reſpondendi munere primas quidem ſecundas, & tertias illam obtinere exiſtimo: requirit enim hoc munus inuictam curam, altam animi attentionẽ, variã mentis cogitationem, pertinacem vigilãtiam, aſſiduitatem nunq̃ intermiſſam, ſtudium deniq; diligentiſſimum; non tñ enim circunſtantiæ omnes, ſed & omnia, quæ illas attingunt, diligentiſſimè ſunt perpendenda, & oſtiatim (vt ita dicam) pulſanda ſingula, num ad vocem prudentiæ, & iudicij aptè reſpondeant, & ad cauſam commodè poſſint applicari.

53 Quanquam † autem inuentor artium, & diſciplinarum omnium ſit ingenium; attamen & ipſum ingenium iacet profectò, & dormit, & omni adiumento deſtituitur, niſi præſto adſit diligentia, quę ipſum à torpore excitet, prępertim in hac noſtra tam vaſta, & multiformi diſciplina, ac in tam immẽſa, & copioſa ſcriptorum ſylua, in qua non deſidem, aut oſcitantem oportet eſſe conſultorem, neq; nimium ſibi ipſi indulgentem, ac doctrinæ ſuæ nimium fidentem, ita vt per ſummas tantarum rerum ſacies volitet, ſed vniuerſa illa materia, in qua ſitus eſt cauſæ, ꝑ qua rñdet, ſtatus, atq; ſingulę eius partes intima diligentia penetrandæ, quæ quidem virtus omnes virtutes cõplectitur; nam quòd cauſa ipſa, & facti ſpecies penitus ſit nota, diligentia eſt, ꝙ rationes oẽs, quæ hinc & inde concurrunt, inueniat, atq; intimè cognoſcat conſultor, diligentia eſt, vt mentem totam in penetralibus ipſius cauſæ inſinuet: diligentia eſt, vt nil intactum, nil intentatum relinquat: diligẽtia eſt, quòd finem aſſequatur, quem cupit, diligentia eſt, & denique (vt vno verbo omnia complectar) diligentiæ ſp fuit comes fęlicitas, negligentiæ verò infęlicitas.

54 Iudicium † autem ſi vlla vnquam in rę homini neceſſarium eſt, in hoc rñdendi officio neceſſarijſſimũ videtur; & hoc a natura ipſa totum eſt optandum: & tam & ſi ſtudium quoq; iudicium ipſum & viuidius, & emunctius tanq̃ lima quadam perpolitum efficere poſſit, requiritur tñ naturale quoddam ſani iudicij lumen. ideo C. Aquilius iuriſcõſultus dicitur magis fuiſſe magnus natura q̃ diſciplina, & ſcimus non nullos captos oculis fuiſſe non incelebres iuriſconſultos. nihil enim aliud eſt iudicium, teſte Platone, q̃ flos mentis ſagaci quadam animaduerſione cũcta proſpiciens; ingenium etenim oĩa à ſe inuenta, contemplationi tradit. hæc verò ſingulorum inuentorũ rationes accuratè perpẽdit, perpenſaſq; iudicio tradit. Hæc verò oĩa a cõtemplatione accepta alia alijs cõfert, & inter ſe, & ſecum ipſa, tum oſtendit, tamq̃ lumẽ quoddam, quæ vera, quæ falſa, quæ iuſta, quæ iniqua, quæ deniq; ad cauſam, in qua exercetur, cõmodè, ac prudenter aptari poſſint; nã, vt idem Plato ſcribit, iudiciũ eſt prudẽtiæ ſuccus, q̃ nr̃ eſt iuris ſciẽtiæ, à qua & nomẽ ſumpſit, vt diceret iuriſprudẽtia.

55 Atq; † ideo iudicium & conſilium vocatur, quòd ſcilicet prudenter conſulat, quid dicendum, quid tacendum, eſtq; veluti rex quidam, qui in arce ſedens, oĩa circumſpicit, dijudicat, componit, & diſtribuit.

56 Nec † multùm à iudicio puto diſtare conſilium, niſi quòd illud oſtendentibus ſe rebus adhibetur; hoc latentibus, aut omnino non repertis, aut dubijs, & quod iudicium frequentiſſimè certum eſt, conſilium verò eſt ratio quædam altè petita, & plerunque plura perpendens, & comparans, habenſque in ſę & inuentionem, & iudicationem dubiorum.

57 Quæ † oĩa cum præcipuè in prudentum rñſis eluceant, quis negare audeat è re ſtudioſorũ iuris eſſe, exempla, & imagines habere ingenij, prudentiæ, diligentiæ, & iudicij? quæ oĩa in ſimilibus ſequantur, quibus ſi carerent, neq; fortè quod quærunt, vnq̃ inuenirent, nec inuenta ſcirent aptè, & prudẽter cum cã ſua cõponere, atq; illis oportunè vti, quod ẽt ſi facere ex ſe noſcerẽt, tardius, & difficilius id efficerẽt.

58 Cæterùm † hoc quoq; & dignitatem reſpõſorum oſtendit, & laudabilem conuincit eorum euulgationem, quòd ex reſponſis docemur. qua ratione finis iuriſprudentiæ, qui nil aliud eſt, quàm eius vſus, tractatur, ac cum theorica conueniat, & ſic in pectore iuriſconſulti concoquatur, & digeratur.

59 Hic † eſt enim finis, in quem vniuerſum iuriſprudentis ſtudium intenditur, & ex quo profectus expectatur omnis, vſus enim, ac forum, ſi Liuio credendum eſt, grauiſſimus eſt legum omnium, ac opinionum cenſor, & explorator, atque (vt inquit Tul.) omnium magiſtrorum præcepta ſuperat: tunc enim perfectè ſe leges, ac iuriſconſultorum placita, ac eorum veras rationes percepiſſe quis ſentiet; cum ex ſcholaſtica illa contemplatione in aciem, & puluerem forẽſem emerſerit, & quod in ſcholis didicerit, ad cauſas decidendas aptè accommodare nouerit. vſus enim, & tractatio cauſarum multa, quæ obſcura in contemplatione ipſa videbãtur, illuminat, multa, quæ negligebantur, excutit, atque innumera parit documenta, quibus doceamur tela illa tractare, atq; illis vti, quæ in ſcholis parauimus, & quę nobis inutilia forent, non ſecus ac ſi militi multa forent armorum genera parata, quibus vti neſciret.

60 In † hac enim diſciplina, vt in alijs quoque, licèt præceptis accedas inſtructus, cum in manum admoueris, non multùm aberit, quin ita venias nouus, q̃ qui nihil de ea diſciplina cognouerit, & tamq̃ Phormio quidam de re militari corã Annibale diſſerens, delirare videaris. Scimus enim omnia, quę in pandectis ſcripta ſunt, forum, ac iudicia ſpectare, & in illa tamquam in certũ ſcopum aciem dirigere, quod & ſupra in præcedenti capite oſtenſum eſt. Quo fit, vt putem, eum dumtaxat iuriſprudentem omnem laudis, & gloriæ punctum ſuſtuliſſe, qui ad perpendiculum fecerit omnia, quæ didicit, foro coaptare, & is, qui non modo doctus merebitur haberi, & ſapiens, ſed & (quod maius eſt, teſte Tullio) expertus, & prudens, quod nomen ſi quiſpiam mereri poteſt, eum eſſe ſolùm puto, qui perfectè nouerit de iure reſpondere, & forenſibus cauſis ſcholaſtica theoremata componere.

Quo fit, vt quò maior fructus ex reſponſis elicitur, eo maiori laude ſit dignus, qui ea ad communem vtilitatem euulgat.

61 Porrò † neque hoc omittendum à reſponſorum vtilitate id etiam euenire, quòd licèt nullus iuriſperitus docere cogatur, & publicè profiteri, poteſt tamen cogi de iure rñdere, vt dixit Bal. in l. 2. nu. 21. ff. de orig. iur. quod & affirmauit Panor. in c. j. de ſumma. trinita. n. u. 2. quod proculdubio arguit de iure

reſpondentem neceſſarium eſſe Reipublicæ,& ex reſponſis vtilitatem maximam percipi,& quòd ratione publicæ vtilitatis cogâtur reſpondere, cum aliàs inuitus cogatur nemo benefacere: quibus reſponſis ſi carerent iuris ſtudioſi,quia non euulgarentur, publicæ quidem vtilitati detraheretur.

Et hæc ſunt,quæ me mouent;vt ab Alciati ſententia recedam, nunc reliquum eſt, vt ea, quæ in contrarium ipſe adducit,diluantur.

ARGVMENTA ALCIATI CONTRARIA PERPENSA, ET DISSOLVTA.

CAPVT XII.

SVMMARIVM.

1 *Alciati ſundamenta confutantur.*
Pici præceptoris Alciati confunditur auctoritas aliorum plurium auctoritatibus. & nu. 2. & 3.
4 *Iuriſconſultus non poteſt commodè vacare conſilijs & cathedra ſecundùm Alcia.*
Duplici munere incommodè fungimur.
5 *Reſpondent de iure etiam qui non docent.*
6 *Officio duplici non poteſt quis fungi ſi ſint incompatibilia, ſecus ſi compatiantur, & diuerſis temporibus vtatur.*
7 *Officijs pluribus poteſt quis in quacunque arte vti, & ibi dantur exempla.*
8 *Paterfamilias varijs fungitur officijs.*
Agricola pluribus officijs fungitur.
9 *Cytharedus varijs fungitur officijs.*
10 *Michael Angelus ſculptor, & pictor egregius.*
Architectus,ſculptor, & pictor idem.
11 *Cæſar plures dictabat eodem tempore epiſtolas.*
12 *Linguas varias plures calluerunt.*
Hieronymus plures linguas calluit.
13 *Mithridates plures linguas calluit.*
14 *Iuriſconſulti optimè poſſunt vacare, & muneri docendi & reſpondendi ſaltem in ferijs.*
15 *Labeo ſex menſibus foro vacabat, & alijs ſex ſecedebat ad conſcribendos libros.*
16 *Bartolus plura edidit conſilia, & interpretationes.*
17 *Baldus plura edidit conſilia, & interpretationes.*
18 *Reſponderunt de iure oẽs qui ex ſuggeſtu docuerunt.*
19 *Picus non reſpondit de iure quia labores fugiebat.*
20 *Alciatus Græcis,Latinis literis,eloquentiæ,poeſi, & iuri vacauit.*
21 *Antiqui Iuriſconſulti cur pauca ediderint reſpõſa.*
23 *Reſponſa antiquorum multa ſunt.*
24 *Reſponſa etiam continentur in libris quæſtionum.*
25 *Reſponſa ſunt etiam in libris Epiſtolarum.*
26 *Accurſius & Azo cur pauca ediderint reſponſa.*
27 *Dyni cur pauca conſilia.*
Bartoli conſilia ſatis multa. & 28.
29 *Paulus Caſt. multa edidit conſilia*
Romanus multa edidit conſilia.
30 *Reſponderunt plures interpretes quamquam noluerint reſpondere.*
31 *Bal cur plura edidit conſilia ſecundùm Alcia.*
32 *Bal. non fuit pauper.*
33 *Socinus,Corneus,Ruynus,Pariſius reprehenduntur ab Alciato.*
34 *Philopomeni hiſtoria.*
35 *Auaritiam opponit Alcia. reſpondenti.*
36 *Reſponſis qui non vacant vno dicitur carere pede.*
37 *Alciatus diuitias congeſſit conſilijs non interpretationibus.*
38 *Alciatus cur non euulgauerit reſponſa ſua.*
39 *Ruinus quòd exclamauerit ſe reſpondendo multũ de ſenſu perdidiſſe. & 40.*
41 *Labor maximus in reſpondendo.*
42 *Stultitiæ inſimulat Alciatus edentes conſilia ſed ipſe potius furit.*
43 *Reſponſa eduntur, vt proſint poſteris, & gloriam pariant reſpondentibus.*
44 *Ambitioſi multo plures ſunt, qui ſcripta noua et paradoxa edunt.*
45 *Reſpondentes communes ſectantur opiniones.*
46 *Nouitates damnandæ.*
47 *Baldus reprehenſus quòd in interpretationibus nimium ambitioſus & ſubtilis.*
Ambitioſi valde interpretes.
48 *Picus reprehendit Bartolum.*
49 *Ambitioſi magis interpretes quàm reſpondentes.*

HACTENVS puto me apertè oſtẽdiſſe, non modò non reprehendendos eos iuriſperitos,qui reſponſa typis mandant, quinimo laudandos, quòd communi, ac publicæ vtilitati inſeruiant, nunc videamus, an ea, quæ Alciatus contra adduxit, obſtent, vel in aliquo perturbent prædictam ſententiam noſtram.

1 Nititur † ergo Alciatus primò authoritate Pauli Pici præceptoris ſui,quem aſſerit nunq̃ voluiſſe vacare muneri rñdendi de iure. huic autem argumento ſic ſatisfacio; ꝙ ſi tanti habenda foret Pici authoritas,vt cæteris oĩbus præferenda eſſet, qui hoc munere reſpondẽdi functi ſunt, iam tertia parte authoritatis ſibi à Principe datæ, & in ſumendis inſignibus doctoreis conceſſa careremus, cum ſecundùm Picum gloſſandi tantùm, & interpretandi facultas retinenda foret iuriſcõſulto, non autem reſpondendi de iure. Sed & ſi eius opinionem ſeruaſſent veteres iuriſprudentes, iam etiam careremus ſexta parte iuris ciuilis, quæ in reſponſis prudẽtium conſiſtit: vt habetur in §. ſcriptum autem iuſ. inſt. de iur. nat. gen. & ciu. quæ non haberemus, ſi non fuiſſent euulgata,quod an Reipublicæ, & ſtudijs ciuilis diſciplinæ cõtuliſſet,vel nũc cõferret,ipſe viderit Alciatus.

2 Tanta † igitur apud nos non debet eſſe authoritas Pici;vt authoritates Proculi, Labeonis, Neratij,Iauoleni,Celſi,Pomponij,Aphricani,Marcelli,Sceuolæ.Galli Aquilij,Modeſtini,Pauli,Vlpiani,Papiniani,qui primas ſp in iure ciuili oĩum conſenſu tenne rũt,& qui plura,& innumera publicarunt rñſa,negligamus, & vel ſolo Pici iudicio dãnemus Dynũ,Bartolũ,Baldum,Paulũ,Romanum,Alexandrũ, & alios poſteriores innumeros, qui maius ſibi nomẽ in hac iuris diſciplina vindicarũt.q̃ Picus, & qui innumera ediderũt rñſa,q̃bus multùm ars iſta eſt locupletata.

3 Sufficiet † ergo nobis authoritati vnius Pici, & eius quidem non ſatis multùm celebrati Iuriſconſulti

ſulti

ſulti oppoſuiſſe grauiſſimas authoritates omnium,
qui vnquam à nata iuriſprudentia, vſque ad noſtra
fuerunt tempora, quorum nullus non modò an-
ſus eſt editionem reſponſorum reprehendere, qui-
nimo & maior eorum pars ſua edidit, & aliorum
reſponſa maximo ſemper in honore habuit: ſic e-
nim iuſtè authoritas authoritatihus ſuhlata eſt, ne-
que vnquam putandum eſt, vnius & quidem ſolius
opinionē præferendam eſſe multorũ in idem cōcur
rentium ſententiæ, tanquam ex tripode prolatam.

Sed videamus, an rationes, quibus mouebatur
Picus ad impugnandam redditionem & editionem
reſponſorum ſint ſatis ſolidæ.

4 Et † quidem prima, qua mouetur, debili nititur
fundamento, quod ſcilicet iuriſconſultus non poſ-
ſit duohus muneribus probè vacare. nam, vt di-
citur in l.vlt.C.de aſſeſſo.non eſt credendum vnum
poſſe duobus officijs ſufficere, cum ſi vni incumbit,
ab altero diſtrahi neceſſe ſit.

5 Multa † enim ſunt, quæ rationem hanc deſtruunt:
non enim generalis eſt hæc ratio, ſed tantùm do-
centes comprehendit, non autem eos qui legen-
di, & publicè interpretandi munus non obeunt,
qui ſi de iure reſpondendi officio contenti ſint, ra-
tioni per Picum adductæ non ſubiacebunt, & ta-
men multi fuerunt, & ſuperioribus ſeculis, & no-
ſtris, qui in reſpondendo de iure tantùm verſati
ſunt, neque vnquam publicè docuerunt. habe-
mus enim Vallam, Nattam, Neuizanum, & in-
numeros noſtri ſeculi iuriſperitos, & ante hos Ste-
phanum Bertrandi Gallum, qui multa conſilio-
rum volumina ediderunt ſatis laudata, cum tamen
nullus eorum publicè diu profeſſus fuerit, & ta-
men indiſtinctè negabat Picus (ſi Alciato credi-
mus) reſponſa, quicunque is fuerit iuriſperitus, qui
reſpondiſſet, edi debere, neque Reipublicæ con-
ducere reſponſis vacare. quòd ſi iam conſtat in præ
dictis deficere rationem duplicis muneris commo-
dè non fungendi, cum ſupra nominati, & alij plures
vni tantùm, ſcilicet reſpondēdi officio incubuerint,
ſequitur quòd ratio iſta bona non ſit.

6 Sed † & ex alio bona non eſt; quia regula d. l. vl-
timæ. C. de aſſeſſo. qua dicitur, neminem poſſe re-
ctè duo officia exequi, procedit in iis officijs, quæ
nullam inter ſe ſimilitudinem habeant, ſed prorſus
ſunt diuerſa, & vnum aliud impedit. Item proce-
dere poteſt: vt vno, & eodem tempore non poſſit
quis duohus vacare officijs, ſed ſi inter ſe ſimilitu-
dinem quandam habeant, & ſi diuerſis temporibus
exerceantur, nullus eſt, qui negare audeat, nil im-
pedire, quin duo, & plura poſſint expediri mune-
ra, vt docent omnes in d. l. vlti. & Bald. inter con-
ſi. Zabarell. & ipſe etiam Zabarella conſi. Baldi ſub-
ſcribens in conſi. 13. & Roma. conſi. 25. & 422. &
Lapus allegatione. 99. in quibus locis plures ad-
ducuntur concordantes.

7 Et † ſi ratio hęc Pici negantis iuriſprudentem poſ
ſe & cathedræ, & reſponſis inſeruire, vera eſt, pari
ergo ratione poſſemus negare, agricolam arua ſi-
mul & vineta, oleas, & hortos colere poſſe, ſimulq;
pratis, armentis, gregihus, atq; apum aluearibus va
care, cum hęc omnia diſtincta, & varia ſint munera,
diuerſamq; prorſus curam expoſtulent, quæ tñ om-
nia peregregiè ſuſtinet agricola, & probè exercet.

8 Pari † argumento poſſemus etiam credere, nō poſ
ſe diligentem patremfamilias modò domeſticis ne
gocijs, modò amicorum deſiderijs, modò filijs, mo-
dò mercaturę, modò curæ corporis, modò venatio-
ni, piſcationi, & aucupio vacare, cum tamen hæc plu
ra officia diſtincta ſint, & ſeparata, neque vno, & eo
dem tempore confici poſſint, attamen videmus om
nia ab vno faciliter adimpleri.

9 An † verò & citharœdi non poſſunt & voci, & me
moriæ, & ſono īſeruire & interim modò dextra hos
neruos percutere, modò ſiniſtra alios præmere, ita
vt nec pes ſit otioſus in tempus ipſe iuſtè metiendo?
& tamen omnia hæc tam diuerſa vnico conatu com
10 modè adimplentur. Sed † non ne noſtro etiam ſecu
lo vidimus vnum Michaelem Angelum Bonarottũ
Florentinum & picturæ, & ſculpturæ, & architecturę
incuhuiſſe, & in ſingulis admiranda opera reliquiſſe
quihus id nomen apud poſteros ſibi comparauit, vt
Princeps & pictorum, & ſculptorum, & architecto-
rum habeatur?

Quod ſi hæc cura in artibus, quæ manum, & cor-
pus graue exercent, cur non idem in diſciplinis con
cedimus, in quibus animus dumtaxat agilis quidem
& celerrimus inſeruit, qui vel momento temporis
poteſt & hic, & apud Indos eſſe.

11 Non † ne legimus C. Iul. dictatorem legere ſimul,
ſcribere, & audire, & dictare ſolitum? epiſtolas quo-
que de rebus maximis quatuor dictare, & ipſe ma-
nu propria quintā ſcribens, & ſi calamum eximeres,
ſeptenas ſolitum dictare? vt author eſt Plin. lib. 7. c.
25. quod quidem miraculo aſcribi poſſet, cum tam
facile tot officijs incumberet, & tam fideliter cun-
cta meminiſſet.

Vidi ego proprijs oculis Mapheum Bernardum
Patricium Venetum celebrē mercatorem vno qui-
dem tēpore binas dictare literas, & eas quidem per
longas, & ſimul eodem tempore computa, & ratio-
nes cum debitore ſuo componere, & in his officijs vl
tra dimidium horæ perſeuerare.

12 Cæterùm † & plures fuerunt, qui varias linguas
calluerunt, & illis omnihus vſi ſunt & loquendo, &
ſcribendo, vt Hieronymus, qui teſte Auguſtino, He-
braicam, Caldaicam, Græcā, Perſam, Medam, Arabi
cam, Latinam, & Patriam calluit linguā, atq; ita cal
luit, vt ſingulis nō minus vteretur cōmodè q̃ patria.

13 Et † legimus etiam Mithridatem Ponti, & Bithi-
nię regem vigintiduabus gentibus, quibus præerat.
ſua ipſorum lingua ſingulis ius dixiſſe.

14 Quid † ergo mirum, ſi iuriſperitus varijs horis poſ
ſit incumbere, & interpretationibus, & reſponſis, ni-
mium enim deſidi, & ſibi indulgenti forent ingenio
iuris interpretes, ſi tot dies, quibus toto anno ferian
tur, ocioſos ducerent, & pertinaces nimium, & præ-
duri ad faſtidium vſq; ſi & illis diebus interpretatio
nibus tantùm inſudarent. ſcimus enim (tam in peius
ſunt dilapſa tempora) dimidium annum conſumi fe
rijs vel ſtatiuis, vel conceptiuis, quibus ab interpre-
tationihus vacamus. Quo tempore quid iuriſperito
agendum ſit, non video, niſi velit continuò contem-
plationum ſuhtilitatihus macerare ingenium, & ſp
(vt aiunt) ventos obſeruare, nunq̃ autem nauigare,
& ſine tam illuſtri de iure rñdendi carere, in quē con
tēplationes oēs ſpectare debent, & cōmodium vtili
tatē negligere, cum poſſunt rñſis multùm prodeſſe.

15 Poſſunt † ergo iuriſperiti commodè, ſi volunt, v-
trumq; munus adimplere, auditoribus ſcilicet, & cō
ſultantihus, diuerſis tamen temporibus vacando. nā
& Labeo ſummus iuriſconſultus ſex menſibus iuri,
& forenſibus negocijs Romæ vacabat, & ſex alijs ad
conſcribendos lihros ſecedebat, vt legimus apud Pō
po. in l. 2. §. poſt hunc max. de orig. iur.

16 Et † Bartolus, qui tot egregia commentaria edi-
dit, plura etiam edidit rñſa, neq; alterum alteri mu-
neri fuit impedimento, quin vtrumque mirificè exe
queretur, plura etiam editurus, ſi longiori vita vſu-
ta quàm annorum 46. quibus vixit, vti licuiſſet.

17 Et † Baldus, qui nullam partem iuris vel Pontifi-
cij, vel Cæſarei, vt Alciatus etiam fatetur, intactam

reliquit, cum per annos 47. ex cathedra docuiſſet, vt ipſemet teſtatur in præfatione feudalium ſuarum interpretationum, & longè plures quàm Barto. commentarios edidiſſet. interim tamen reſponſa ſupra bis mille, & quingenta reliquit in quinque voluminibus congeſta, cum tamen & alia circumferantur eius reſponſa manu ſcripta. & Hypol. Marſil. in ſingulari. ſuo 124. cuius initium eſt, anno præterito, ſcribit ſe habere ſextum volumen integrum conſiliorum Baldi manu ſcriptum, & formis impreſſorijs nondum creditum; & tamen huius adeo celebre fuit nomen in reſpondendo de iure, vt è Ticino Neapolim fuerit euocatus à Ioanna prima, Regina eius prouinciæ, vt in materia feudali in certis cauſis de iure reſponderet, vt refert Aſflic. in prælud. feud. nume. 165. verſicu. nunc venio ad ſextum.

18 Quem † morem interpretandi, & reſpondendi omnes profeſſores iuris poſt illos ſequuti ſunt, & vtrumque munus fœliciter, ac ſumma cum eorum laude adimpleuerunt, vt ex eorum ſcriptis videri poteſt, adeo vt vix vnum, aut alterum reperias, qui profeſſor iuris fuerit, & non reſponderit de iure.

19 Quòd † ſi Picus ſolus conſultantibus noluit ſatisfacere, id euenit fortè, quòd nimium delicati foret ingenij, & laborem, qui maximus in conſulendo deuorandus eſt, fugientis. nam ſi id fuit in cauſa, vt reſpondere noluerit; quia putaret, ſe non poſſe vtrique muneri vacare. certè ſi toto tempore vitæ ſuæ (quod nec breue fuiſſe audio, & Alciatus ipſe ſcribit, eum magnum ætate fuiſſe, & mediocribus facultatibus) interpretationibus tantùm ſtuduiſſet, plures certè edidiſſet commentarios quàm edidit, cum vix octo reliquerit interpretationes, quas repetitiones vocamus, quæ licèt redoleant ſubtilitatem quandam ingenij arguti, non tamen referunt tam ſolidum, & emunctum iudicium, quale in reſpondente requiri ſupra diximus.

20 Ex † quibus facilè cognoſcitur, rationem hanc Pici, quòd profeſſori publico non ſit de iure reſpondendum: qui duplici muneri inſeruire non poteſt, debilem eſſe valde, neque vel tantillum perſuadere poſſe id, quod Picus intendebat, cum experientia ipſa probetur falſa, atque etiam vel ipſius Alciati exemplo, qui & latinis, & græcis literis incubuit, & eloquentiæ, & hiſtorijs, &, ſi dijs placet, etiam poeſi, & quidem fœliciter, vt ex eius emblematis facilè cognoſcimus, & præterea ſcripſit interpretationes & in iure ciuili, & canonico modo communi, modo ſingulari ſuo more, & reſponſa dedit pluſquam 700. quomodo ergo verè poteſt Alciatus dicere, non poſſe iuriſconſultos duobus his vacare officijs, interpretandi ſcilicet, & reſpondendi de iure, cum ipſe & his duobus, & præter hæc, alijs quatuor ſumma cum laude fœliciſſimè functus fuerit? cuius nomen non tam aliè vegaretur volitans per ora virùm, neque tam opulentas reliquiſſet fortunas, ſi vno tantùm officio contentus extitiſſet.

21 Ad † hæc etiam aliam inculcat Picus rationem nempè exempla Vlpiani, qui tot ſcripta in iure noſtro reliquit, & tamen duos dumtaxat reſponſorum libros edidit, quod etiam feciſſe videntur alij veteres iuriſconſulti, qui plures interpretationes, & alia ſcripta in iure reliquerunt quàm reſponſa.

22 Huic † autem argumento ab exemplo ducto ſic ſatisfacio, quòd imo veteres iuriſconſulti plura, & multo plura ediderunt reſponſa, quàm ea, quæ ſeruata reperiuntur. nam (vt ſupra probatum eſt) præceſſit vſus reſponſorum vſum interpretationum: cum reſponſa paſſim omnibus darent iuriſperiti, docerent autem ex profeſſo nunquam, niſi quantum poterant iuris ſtudioſi ex ipſis reſponſis haurire. & Iuſtinianus non omnia voluit colligi reſponſa omnium iuriſconſultorum, ſed dumtaxat ea, quæ arbitrio eorum, quibus mandata fuit digeſtorum compilatio, meliora videbantur: vt idem ſcribens Triboniano teſtatur in l. 3. C. de vete. iur. enu. per totam. multò plura ergo credendum eſt fuiſſe reſponſa edita, quàm quæ in compoſitionem pandectarum conjecta fuerunt.

23 Sed † detur, quòd ea dumtaxat fuerint data reſponſa, & non alia, video in ipſis pandectis relata eſſe reſponſa è 63. libris reſponſorum à varijs iureconſultis editis, quos nunquam paucos quiſpiam dixerit.

24 Præterea † plures etiam libri referuntur in pandectis, qui reſponſa continent; nam plures referuntur libri quæſtionum vſque ad numerum 98. & tamen certum eſt, quòd quæſtiones nil aliud continebant, quàm reſponſa ad dubia propoſita, vel per litigantes, vel per iudices, vel per alios, & à reſponſis nil differebant, niſi quòd in his rudes, ſimplices, ac præciſæ opiniones reſpondentium continentur, & nullis plerunque rationibus confirmantur, in quæſtionibus verò longiuſculę diſputationes rationibus deciduntur, quod etiam obſeruauit Cuiaci. ad Africa. tract. 3. in prima pagina.

25 Sunt † etiam in pandectis ſumptæ leges ex multis libris nempè 42. epiſtolarum, in quibus ſcripta etiã ſunt reſponſa ad propoſitas quæſtiones per ſcribentes epiſtolas, quòd ſi horum librorum omnium numerum colliges, reperies editos libros in vim reſpõſorum ducentum, & tres, qui ſi pauci videntur Alciato, neſcio quid magnum ei videri potuerit. nam ſi reſponſa ſingula, quę in omnibus illis libris ſcripta fuerunt, numerarentur, certè plura reperientur reſponſa quàm quæ à Bartoli ſeculo vſque ad hæc tempora euulgata fuerunt ab omnibus iuriſconſultis.

26 Proſequitur † adhuc Alciatus argumentum propoſitum ab exemplo, dicens non modò antiquiſſimos iureconſultos pauca edidiſſe reſpõſa, ſed etiam ſuperiorum ſeculorum iuriſperitos, vt puta Accurſium, Azonem, quem Actium vocat, Dynum, Bartolum, & alios ſpectatiſſimos iuriſconſultos.

Ego verò, quòd ad Accurſium, & Azonẽ attinet, crediderim, & eos aliquando de iure reſpondiſſe, ſed vetuſtate temporis deperdita fuiſſe reſponſa, nã reſponſis Dyni multo tempore caruimus, quæ tamen ſuperioribus dumtaxat annis emerſerunt.

Quòd ſi fortè verè nulla ediderint, id fuit vitium temporum illorum, quibus tum demum renata erat iuriſprudentia, & è manibus barbarorum erepta, neque adhuc Romanæ leges in vſu erant in tota Europa, prout poſtea fuerunt; cum illis temporibus Longobardæ tantùm leges ad iudicum tribunalia allegarentur, & Accurſius, & Azo, qui Romanarum legum peritiam repararunt, conducibilius eſſe putarunt interpretari leges ipſas Romanas, & in compendium ad faciliorem captum ſtudioſorum redigere, atque ideo non vacarunt reſponſis; quia tunc à nemine interrogabantur, vel à longè paucis. indigebant enim ea tempora magis interpretationibus legum paulò ante repertarum quàm reſponſis, quę reddenda fuiſſent ex iure nondum bene cognito, neque ad eorum temporum vſum emolito. ideo tunc in eo tantùm exercebantur ſtudio iuriſconſulti; vt leges ſimiles congererent, & contrarias, & in antonomiarum ſpeculatione toti occuparentur, cum ſcirent ex aſſertione Iuſtiniani contrarium in iure non reperiri.

Quo

Quo incommodo cœperunt carere ij, qui illos ſunt ſequuti, quòd ſcilicet multi iam laboraſſent in congerendis ſimilibus, & componendis ijs, quæ contraria videbantur.

27 Quod † ſi hoc Alciati argumentum ab exemplo eorum, qui multa, vel pauca ediderunt reſponſa, procederet, reprehendendi forent etiam Bar. Bald. & cæteri, qui tot interpretationes, & comentarios ediderunt, cum tamen Accurſius, & Actius modica ediderint.

Quod verò attinet ad Dynum, & Bartolum, quos ſcribit Alciatus pauciſſima reliquiſſe conſilia, fateor quidem pauca ad nos perueniſſe Dyni cõſilia, cum quinquageſimum tertium numerum non excedant, ſed negare poſſum, alia non extitiſſe eiuſdem reſponſa, quæ fortè perierunt, quinimo multa temporis iniuria deperdita eſſe cõtenderem. nam ſcimus Dynum in hoc iure multa commentaria ediſſe, quæ Bartolus, & alij in ſuis ſcriptis referunt, ea tamen ad nos non perueniſſe excepto commentario in titu. de regu. iur. in 6. ſi ergo conſtat multas eius interpretationes perijſſe, cur non poſſumus etiam veroſimiliter dicere, multa ipſius reſponſa deſiderari, quæ perierunt.

28 Sed † quòd Bartolus etiam pauca ediderit conſilia, vt aſſerit Alciat. hoc neſcio quo modo poſſit affirmare, cum videam eum ducentum & quadraginta quatuor conſilia edidiſſe, quæ ſatis mihi multa videntur, cum ætatem annorum 46. quibus tantùm Bartolus vixit, conſidero, cuius vita, ſi ad communem viuentium curſum procurriſſet, ſaltem ad annos 70. certè plura fortè edidiſſet conſilia quàm cæteri ediderunt.

29 Quò † verò ad alios ſpectatiſſimos iuriſconſultos, quos aſſerit idem feciſſe, non eſt, quòd reſpondeam, cum illos non nominauerit: hoc vnum ſcio, Paulum Caſtrenſem, Romanum, & alios, qui ætatem Bartoli ſunt ſequuti, quorum nomen ad nos peruenit, omnes reſponſa, & quidem non pauca edidiſſe.

30 Conſtat † ergo ad propoſitam quæſtionem nil referre, quòd Accurſius, & Actius ſua non ediderint reſponſa, non ergo vera eſt conſequentia Alciati, quòd non ſint euulganda reſponſa, nam ſi exemplis vtendum eſt, plura ſtant exempla eorum interpretum, qui nomen aliquod meruerunt, & reſponſa ediderunt, quàm qui ea ſuppreſſerunt. argumentum enim ab exemplo eò fortius eſt, quò plurium authoritate comprobatur, vt omnes docent in l. j. ff. ſi cer. pet. & in c. j. de conſli. nam quod plurium fit exemplo, id etiam iure fieri dicitur, vt inquit Tul. lib. 4. epiſt. ad Seruium Sulpitium.

31 Verùm † quia videbat Alciatus prædictis obſtare exemplum Baldi, qui reliquit ſupra mille quingenta conſilia impreſſa præter integrum ſextum volumen, quod ſupra dixi fuiſſe apud Hypolitum de Marſil. ideò ſubdidit ignoſcendum eſſe Baldo, ſi cum modicum in Patria ſtipendium habebat, docendi cauſa (cum Peruſij modica præſtentur honoraria) plurimum conſultando otij impendiſſet, ne minus opulentam ageret vitam, quàm virtus eius mereretur.

32 Sed † certè dum tenuitatem patrimonij, & ſtipendiorum exprobat Baldo Alciatus, puto eum (vt vir erat vrbanus, & facetus) iocatum fuiſſe. nam legimus, Baldo fuiſſe patrem Petrum de Vbaldis inſignem medicinæ profeſſorem, & nobiliſſimum ciuem Peruſinum, quem ideo veroſimile eſt, non adeò acriter conflictaſſe cum inopia, vt innuit Alciatus: & præterea Baldus ipſe non modo in patria ſua Peruſij docuit, quo in loco paucis annis profeſſus eſt, ſed & Senis, & Florentiæ, & in foro cauſas egit, quo munere potuit etiam multas corrogare pecunias, vt ipſe teſtis eſt conſil. 160. Quæritur, vtrum ſi emphiteuta, verſicu. ego iſtam quæſtionem. & conſi. 400. pro parte. in fine in ſubſcriptione, vbi appellat ſe aduocatum mercantiæ Peruſij, in 3. volumi. & Bononiæ etiam docuit, ac demum Ticini à Ioanne Galeacio Mediolani Duce condignis conditionibus euocatus, ſumma cum nominis ſui celebritate profeſſus eſt pluribus annis, vt hiſtorici ſcribunt, & qui eius vitam ex profeſſo literis mandarunt. non ergo veroſimile eſt, quòd ob anguſtiam rei familiaris reſponſis vacauerit, ſed potius eius muneris dignitate, ac gloria ſtimulatus, & impulſus, innumeros voluerit iuuare mortales, ne tam precioſis talentis eruditionis, prudentiæ, & iudicij, Dei benignitate ſibi elargitis abuteretur.

Conſtat ergo obiectum hoc inopiæ Baldi iocoſum potius, quàm verum fuiſſe, & ab Alciato confictum, & fortè vt redderet cauſam, cur & ipſe toties de iure reſponderit.

33 Poſtquam † verò Alciatus Baldum, qui ſibi obijci poterat, excuſauit, dicit ex mente præceptoris Pici ſe non poſſe excuſare Socinum, Corneum, Ruynum, Pariſium, qui magna reſponſorum volumina, modica interpretationum reliquerunt, nam
34 de eis (inquit) dici poteſt contrarium eius, quod de Philopemeni fortuna ſcriptum eſt apud Ariſtophanem, quòd ſcilicet ventrem quidem habeant, manus autem, & pedes non habeant.

Quo dicterio voluit nota quadam ſigillare clariſſimos illos iuriſconſultos; nam Philopomen Acheorum Dux, atque omnium Illuſtrium Ducum, quos Græcia habuit, nouiſſimus, veluti prudentia, & fortitudine, & alijs virtutibus Imperatorijs maximè valebat, ita forma irridendus, & valdè deformis videbatur. hunc Ti. Flamminius mordens dicebat. ò Philopemene quàm pulchras manus habes, & pedes, cæterùm ventrem non habes: erat enim ſanè medijs ex partibus deformis, & gracilior: qui tamen Flaminij morſus relatus eſt in ipſius potentiam, & facultatem, nam cum bonos equites, & pedites haberet, interdum pecuniarum inopia laborabat, quòd per ventrem gracilem intelligebant,
35 vt author eſt Plutarchus in eius vita in princi. † hoc autem ſcomma vertit ſatis durè Alciatus in iuriſconſultos, qui plura edunt reſponſa, quòd ſcilicet ventrem habeant, manus autem, & caput non habeant; quia (vt ipſe illudit) ventrem habent, id eſt, pecuniam parant reſponſis maximam, & vt diuites fiant, illis maximè vacant, ſed manus, & caput, hoc eſt peritiam legum, & prudentiam, quæ in capite conſiſtit, non habent.

36 Quod † quidem cauillum certè plus habet inſipidi, quàm ſalis, ſed modeſtius, ac verius id dici poteſt in eos, qui interpretationi tantùm vacant, non reſponſis, quòd ſcilicet vna tantùm manu, & vno pede claudicantes vtuntur. nam duas habet manus, & duos pedes iuriſprudentia, interpretandi ſcilicet, & reſpondendi facultatem, verùm ſi in vnus reſpondendi omittant, vno dicentur carere pede, & vna manu, & ideo claudicare.

37 Quod † ſi manes Alciati interrogarentur, vtra manu plus pecuniæ corraſerit, an ſcilicet interpretationibus, vel conſilijs, certè non negarent longè maius comparaſſe lucrum ſeptingentibus, & octuaginta reſpõſis, quàm vniuerſis interpretationibus, quas ſcripſit, adeo vt in illum ſcomma ſuum conuerti facilè poſſit, cum id fecerit, quòd & Socinus, & Corneus, & Ruynus, & Pariſius fecerunt.

38 Et † licèt ipſe non euulgauerit reſponſa ſua, id fortè euenit; quia non putauit ea digna nomine ſuo, quod celebre ſibi comparauit nouis, ac politioribus, magisq́ue pexis interpretationibus quàm aliæ vſque ad ſua tempora ab alijs fuiſſent editæ. Quã quidem elegantia videbat non ita commodè vti poſſe in reſponſis quotidianis, cum ob breuitatem temporis, quæ in illis reddendis exoptatur à clientibus, cum etiam ob maximum laborem, qui in eo munere ſubeundus eſt, quem adhorrebat amænum, & delicatum Alciati ingenium, quo maximè valuit, & noſtram iuriſprudẽtiam non mediocriter ornauit, cum pro ſordida, ac barbara veſte, qua erat induta, politiorem, & elegantiorem illi comparauerit, docueritq́ue poſſe iuriſconſultos barbariem exuere, & puriore latinitate vti.

Verùm cum reſponſa dentur parti, & iudicibus, ideo craſſiori lingua vtendum, vt omnes intelligant. neque tamen ideo fraudandi ſunt laude ſua & Socinus, & cæteri, qui reſponſis ſuis rem ſpectantes, non fucum verborum maximè profuerunt poſteris, in quibus certè neque doctrina, neque ingenium, neque iudicium deſideratur.

39 Vtitur † deinde Alciatus ad comprobandam opinionẽ ſuam authoritate Ruyni, quem dicit in cõmẽtario l.j.ff.ſol.ma. exclamaſſe his verbis (multum perdidi non dico de pecunia ſed de ſenſu) cui dicto addit rationem Alciatus per hæc verba (arguit enim non ſanam hominis mentem, ambitionemq́ue immoderatam tot conſiliorum editio.)

Verùm licèt & in hoc laudem Alciati ingenium, quòd vndique colligit argumenta ad confirmãdum ſuum paradoxum, dicta ẽt, & ſenſum eorũ, quos reprehendit inuertens ad ſui commodum, modeſtiam tamen maiorem requiro, cum nullius parcat famæ.

Quòd igitur Ruynus ea verba protulerit in explanatione l.j.ff.ſolu.mat. hoc verè ignoro, potuit enim voce dixiſſe, quã vel Alciatus, vel alij audierint. hoc vnum pro vero aſſero, quòd tempore, quo Alciatus hoc parergon ſcripſit, & edidit, nulla erat edita ipſius interpretatio Ruyni ad l.j.ff.ſolu.mat. ſuperioribus autem diebus nempè anno 1575. edita fuerunt integra Ruyni commẽtaria, in interpretatione autem d.l.j.ff.ſolu.mat. ea verba non reperiri: quo fit, vt vel Ruynus verba illa non protulerit, vel ſi protulerit, euulgata non ſint.

40 Quod † ſi verè illa protulit, certè credendum eſt, non in eum protuliſſe ſenſum, in quem illa contorquet Alciatus, cum non ſit veroſimile Ruynum hæc dixiſſe in detractionem tot vigiliarum, quas in reſpõſis edendis conſumpſit, ſed in eum ſenſum verba iſta accipienda forent: vt oſtenderet, ſe multùm inſudaſſe in confectione reſponſorum, qua opera licet non modicum fortunas auxerit, non minus tamen ſenſuum corporalium, ac vitæ ſuæ ſanitati detriuit.

41 Quod † quidem & vero verius exiſtimo, cum iam ipſe longa experientia cognouerim, quãtum valetudini, & robori corporis noceat arduus, atq; inexhauſtus labor, q in probè de iure rñdẽdo ſubeũdus eſt.

42 Cum † verò Alciatus dicit editiones conſiliorum arguere non ſanam mentem hominis, ambitionemq́ue immoderatam, immoderata certè animi elatione mihi hęc dixiſſe videtur Alciatus, præſertim cum id nunc velit tueri, quod à nullo vnquam tentatum fuit, & cõtra quod communis omnium ſtat opinio, communisq́ue omnium vſus, & experientia, adeò vt non inſanire, ſed furere videatur, qui à nemine prouocatus clariſſimorum virorum manes lacerãs, omnes inſanire dicit.

43 Quod † igitur fecerunt Socinus, Corneus, Ruynus, & Pariſ. multa reſponſa reddendo, id fecerunt & maiorum more ab omnibus ſucceſſoribus recepto, & vt poſteris iuris ſtudioſis prodeſſent, & ſibi etiam gloriam compararent, quod quidem non inſanæ mentis, ſed rectè ſentientis, cum teſte Ariſtot. 5. Ethic. virtuti debeatur laus, quam vel ſola alit artes omnes, quam quidem gloriam, quam ambibant, omnium ore ſunt conſequuti.

44 Sed † per deos cur Alciatus non ſanã mentem, &
immoderatam vocat ambitionem etiam eorum qui
tot edunt commentaria, tot tractatus, tot interpre-
tationes, tot paradoxa, tot diſpunctiones, tot parer
ga, tot nouas ſcriptorum formas? hæc enim verius
dici poteſt referre inſanam quandam gloriæ cupidi
tatem; cum ea certè ſcripta eo animo euulgent, vt cæ
teros omnes nouitate rerum ſuperaſſe videantur,
45 cum † tamen reſponſa nulla nouitate ſint commen-
danda, ſed ſeſe pura omnibus exhibeant, prout fa-
cti ſpecies contingit, & tantùm abeſt vt nouitate ali
qua gloriari poſſint reſpondentes, vt potius nouas,
ac ſingulares fugiant opiniones, & communes, ac vſ
ſu omnium receptas ſemper ſequantur, vt notum eſt
46 † & cum ambitionis, ſiue inanis gloriæ filia ſit præ-
ſumptio nouitatum, vt teſtatur Grego. lib. 3. mora-
lium. & Thom. 2. 2. q. 134. art. 5. & probatur in c. con
ſuluiſti. 2. q. 3. ibi, ſuperſtitioſa adinuẽtione non eſt
præſumendum. & Saluator ipſe apud Ioannem. c. 7.
inquit, qui a ſe ipſomet loquitur, gloriam quærit pro
priam. & Paul. ad Timoth. 1. c. 6. ſcribit hæc verba;
depoſitum cuſtodi euitans profanas vocum nouita-
tes. Quo vitio magis proculdubio laborant interpre-
tes, quàm conſulentes.

47 Nam † & Baldus de interpretationibus ſuis malè audiuit, quòd nimia philautia ob noua inuenta aliquando cæcutiret: cum & ipſe in l. edita. col. pen. C. de eden. dicebat ſe volare, aſſumens ſibi illud. pſal. 54. quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ, & volabo. & in l. executorem: col. 11. C. de exequ. rei. iud. inquit. modò facio quendam volatum. & idem quoque in l. j. C. de ſumma trini. & fid. catho. ante verſi. omiſſi. reſpondere inquit ſibi ipſi nimium placens, reſpice altos, & poſtea intuere Baldettum. & ideo Pau. in l. j. C. quando non peten. par. dicit, quod Bal. ſæpè volabat per aera, & loquebatur in lecturis ad oſtentationem. & Fely. in c. cæterùm. num. 20. verſi. quarta ſolutio. ad fi. de reſcrip. de Andrea ſiculo loquens ſcribit. quòd ſtudio contradicendi communibus opinionibus ſæpè delirabat in lecturis, credens ſe ea via immortalẽ reddere. & Fulgoſius quoque, vt pro ſubtili prædicaretur, more ſuo impugnabat veritatem in ſuis ſcriptis: vt inquit Bologni. inter conſi. Alex. conſ. 53. nu. 24. verſi. quintò non obſtat. in 4. & Fely. in Rubric. de maioritate, & obedientia num. 6. dicit, quòd Alex. in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. multùm ſe extendit ad probandum, quòd qui longiori tempore docuit, & maiori ſtipendia habuit, præferendus eſt iuriſperitus, quòd ſcilicèt eo tempore Patauij profitebatur ſimul cum Bartholomeo Cepola, cum quo magnas habebat prælationis contentiones. & quidam Petrus de Bailardo antiquus interpres ſe ipſum iactans dicebat, nullam eſſe tam obſcuram, & difficilem legem, cuius verũ ſenſum ipſe non perciperet, qui tñ defecit in eruẽdo ſenſum. l. pe. C. fam. erciſ. vt inquit Accurſ. ibi in glo. j. in fi.

48 Sed † quid de aliorum interpretum ambitione loquar? cum idem Picus præceptor Alciati, quem opinionis ſuæ authorem ſequitur poſt Paul. in l. vlti. C. de edic. diu. Adr. toll. in gloſſ. in verſi. legit. deridet Bar. quòd neſciens alium modum euadẽdi illa contraria, voluit fugere viam magiſtrã, & (ſi verba eius ſcribere licèt) contentare ſcholares, ducendo eos per ambages, & diuerticola illius ſuæ longæ diſtin-

ctionis

ctionis, prout etiam his verbis illum refert Neuiza. in ſua ſilua nup. mihi fol. 166. col. j. verſi. imo eſt clarior modus in illa quæſtione, quæ ſit ſequenda magis opinio inter plures variantes.

49 Conſtare † igitur ego iam puto, quòd ſi inſanis edendi multa ſcripta, & ambitio reprehẽdenda eſt, reprehendendi potius forent interpretes, quàm reſpondentes de iure, cuius rei ratio eſt euidens. ex ſuggeſtu enim docentes ſibi ipſis placent, & auditorum frequentia, & plauſu eorum nutritur ambitio, cum ipſi ſatagãt nouis opinionibus, & dictis auram auditorum captare, atque ideo omnia tentant, omnia mouent contra receptas opiniones, vt & voce, & ſcriptis magnum ſibi nomen vendicent, cum tamen reſpondenti non ſit per aera volandum, neque ſubtilitatibus, aut nouis inuentis inhærendum, ſed tantùm ex facto ſibi propoſito eruendæ rationes, quæ ſecundùm communes opiniones iudicem inſtruant, in quibus nullus locus ambitioni, nullus iactantiæ; nam ſi ſubtilitates, & ingenioſa inuenta ſequerentur reſpondentes de iure, facilè nominis ſui iacturam paterentur, & ab omnibus deſtituerentur, cum neque iudici placerẽt, aut perſuadere poſſent, neque ideò clientibus prodeſſent. interpretes enim hoc curant, vt placeant auditoribus, conſulentes verò, vt proſint conſultantibus.

ARGVMENTA, QVAE DVCIT ALCIATVS A MORIBVS PRVDENTIVM non obſtare.

CAPVT XIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſpondentes reprehenduntur, quòd auaritia malè reſpondeat quandoque.*
2 *Reſpondentes bonos præſuponit author non malos.*
3 *Abuſus reperiuntur in omni arte, & diſciplina.*
Nocere poſſunt omnes diſciplinæ ſi illis abutamur. ibid. & nu. ſeq.
4 *Bona conſcientia poteſt malum dari conſilium.*
5 *Contrarij ſemper profeſſores diſciplinarum.*
6 *Sancti viri diſcordes ſæpè.*
7 *Sectæ iuriſconſultorum antiquorum vt Proculiani, Sabiniani, Caßiani, & ſimiles.*
8 *Reprehendebant ſeinuicem antiqui iur. con.*
9 *Pontifices contrarij.*
10 *Scripta ſi mala, non ideo mali authores, quia boni viri quandoque malè ſcribunt.*
11 *Mala ſcripta nõ relinquẽda, ne bonis quæ in eis ſunt careamus.*
Zizaniam noluit eradicari Chriſtus.
12 *Ioachin non damnatus licet hæretica ſcripſerit.*
13 *Alciatus & Picus ſi boni viri cur non ediderint reſponſa.*
14 *Reſponſa edentes putant omnia bona eſſe.*
Bona, & mala ſunt in omnibus libris, ſed diſcernenda iudicio legentium.
15 *Reſponſa edi melius quàm ſupprimi etiam ſi aliqua mala forent.*
16 *Veritas facilius cognoſcitur conferendo mala cum bonis.*
Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.
17 *Iudex magis inhærere debet reſponſis, quàm interpretationibus, & miſerior ille qui interpretationibus tantùm inhæret.*
18 *Auaritia & ambitio maior in interpretibus quàm in reſpondentibus.*
19 *Præmium debetur virtuti.*
20 *Prophetæ etiam recipiebant præmium pro reſponſis.*
21 *Honoraria debita reſpondentibus.*
22 *Alciatus laudatur, et honoraria magna recipiebat.*
23 *Reſpondens de iure poteſt honoraria recipere pro labore præterito, quamquam tunc non laborauerit.*
24 *Ambitio maximè regnat in interpretibus.*
25 *Docentes ambiunt ſcholares multos, & ſcholares captantur ab interpretibus.*
26 *Simoniam committunt docentes, qui captant precio vel prece ſcholares.*
27 *Vſuram comittunt docentes, qui pecuniam mutuant ſcholaribus, vt illos audiant.*
28 *Ambitionis affectus impedit contemplationem.*
29 *Subtilitatibus inhærentes reprehenduntur.*
30 *Excuſatio ipſius authoris.*
31 *Docentes mali plus nocent quàm reſpõdentes mali.*
32 *Gratia & fauores corrumpunt reſpondentes.*
33 *Idem in docentibus & interpretibus.*
34 *Iudices miſeri qui fidunt interpretationibus.*
Contrarij ex profeſſo ſunt interpretes.

NON contentus his cauillis Alciatus ad grauiora obiecta deſcẽdit, & pluribus verbis hoc in ſumma intendit
1 † neceſſe fore, vt de iure reſpondentes in tot cauſis, in quibus reſponſa dant, aliquando malè reſpondeant corrupti vel precio, vel ambitione, vel gratia. nam quod ad auaritiam attinet, ſi (inquit) liberalis ſit conſultor, enitetur reſpondẽs, vt malam cauſam nactus bonam ſuis ſophiſticis argumentis, & authoritate ſua faciat, quod & Protagoras inſincerus rhetor profitebatur, & è cõtra, ſi auarus ſit, & chiragricus cliẽs, qui modicum porrigat, negligitur cauſa, & ſi bona ſit, vel ſit mala, vel non leue detrimentum capit, mutuatus hoc ſcomma à Martiale libr. j. ad Flaccum, dum ſic ſcribit.

Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat.
Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra eſt.

dicẽs ideo Alciatus neceſſe fore, vt id eueniat, quòd ſi iuriſperitus omnia indiſcretè edat reſpõſa, in eius voluminibus dici poſſit illud Oratij.

Sũt bona, ſunt quędã mediocria, ſunt mala plura.
Qui legis hic aliter, non fit amice liber.

ex quibus infert Alciatus non eſſe edenda reſponſa, quod neceſſe ſit eorum multa mala reperiri, quibus obnubilanẽ oculi iudicũ, ne veritatẽ cernere poſſint.

2 Huic rationi poſſem vnico verbo reſpõdere, nos loqui de reſponſis datis à probis, & ſinceræ cõſcientiæ iuriſconſultis, prout tales ego exiſtimo, non de prauis, & perditæ conſcientiæ; quia & ego eorum reſponſa, ſi mala forent, non edenda ſentirem, & ſi de his tantùm loquitur Alciatus, nulla erit inter nos diſcordia, verùm quia neminem excipit, neque ſe ipſum, ideo cum bonos omnes iudicem, contẽdo generaliter è re ſtudiorum iuris eſſe, vt edantur reſpõ-
3 ſa. † nulla enim eſt ars, nulla vel tam ſancta diſciplina,

na, qua mali homines abuti non poſſint, illamq; ſophiſticis cauillaſionibus perturbare, & corrumpere.

Et ſi ex hoc ſolo metiri volumus dignitatem, & vtilitatem rerum, quòd mali homines plerunque illis abutantur, hac ratione nec duces erunt vtiles, quòd proditores multi fuerint, nec magiſtratus, quòd multi ſæpè ſordibus corrupti malè iudicarunt, & iudicant ſæpè, nec medici, quòd non pauci perfidia ſua pro ſanitate mortem ægrotis attulerunt, nec ipſi cibi, quibus viuimus, quòd intempeſtiuè, vel immoderatè ſumpti noceant, neque arma ad tutelam corporis inuenta, quia ſæpè in perniciem hominis illis abutuntur mali, nec denique ipſa elementa, quibus ſi perperam vtamur, pernicies ſunt manifeſtæ. quin neq; ſacroſanctæ leges chriſtianæ, & ſancta Dei Saluatoris eloquia ſalutaria dici poſſent, quòd à ſicophantis, & hæreticis in pernicioſos ſenſus conuertuntur. & tamen nullus ideo putabit militarem diſciplinam, iudicandi, & regendi munus, medicinam, cibos, arma, elementa reijcienda. & ab vſu mortalium ableganda. non enim æquum eſt id haberi malum, quo pro bono vti licèt. nam & Socrates interrogatus, quid ſummum foret bonorum omnium, reſpondit, bonis bene vti; rurſus interrogatus, quid ſummum malorum omnium, reſpondit, bonis malè vti. & Ariſt. lib. j. Rhet. docet, omnibus bonis nos abuti poſſe præterquam virtute.

4 Fateri † ergo licet aliquos repertos fuiſſe, & in dies reperiri iuriſconſultos, qui mali ſint, & mala edant reſponſa. hos autem neque defendo, neque excuſo, id enim eſſet praui quidem, & perfidi animi in malum cum ipſis conſentientis, & ſi hos tantùm impugnant Picus, & Alciatus, prout Alciatum excuſando teſtatur Illuſtriſſ. Cardinalis Alciatus in epiſtola, quam conſilijs eius præpoſuit, nulla mea foret in hoc contentio, modò qui forent hi mali iuriſconſulti facilè cognoſci poſſet.

Verùm quia ſolus Deus eſt ſcutator cordium, & poteſt quis etiam bona conſcientia, & fide malum reddere conſilium, vel ob facti perplexitatem, vel iuris ambiguitatem, vel alia de cauſa, & quilibet præſumptione naturæ bonus eſſe præſumitur, & verum, iuſtum, bonum, & æquum nullo medio certius cognoſci poteſt, quàm ex collatione contrariorum, nempè falſi, iniuſti, mali, & iniqui, ideo hiſce rationibus contendo, magis conducere ſtudijs legalis diſciplinæ, vt edantur reſponſa, quàm vt ſupprimantur, cum bonis optimè poſſint doceri ſtudioſi, & malis vt euitẽtur inſtrui, illa conferendo cũ bonis, & ea collatione addiſcendo, quæ tenenda, quę fugienda.

5 Nulla † enim vnquam fuit diſciplina, nulla ætas, in quibus aliqui falſa aliqua non ſcripſerint, & tamen non ideo ſcripturæ omnes ſupprimendæ. quod verum eſſe hoc ſuadet, quòd nulla hodie diſciplina reperitur, in qua profeſſores eius & antiqui, & recentiores inter ſe non diſſenſerint, cum tamen neceſſe fuerit, vt alij verum, alij falſum ſenſerint; quia vna eſt veritas, & tamen verum, & falſum pertinaciter quilibet, quod opinabantur, tutati ſunt, & ſectis etiam ipſis collectis contenderunt.

6 Scimus † enim & ſanctos viros varijs contentionibus conflictatos eſſe, vt apud Iudæos contenderunt Phariſæi, & Iudæi, apud Philoſophos factiones, & familiæ Stoicorum, Epicureorum, Academicorum, & aliorum plurium, apud Chriſtianos primi ſeculi Apollinei, Pauliani, Petrei, & poſterioribus ſeculis Ariani, Macedoniani, Marcionei, & ſexcẽti alij.

7 Et † vt cæteras diſciplinas omittam, apud noſtros priores iuriſprudentes pertinaciter contenderunt Proculiani, Sabiniani, Caſſiani, & apud maiores noſtros vltramontani, & citramontani, vti ſic eos vocabant, cum tamen neceſſe foret, vt aliqui tantùm bene ſentirent, non omnes, & tamen oẽs harum ſectarum opiniones & bonæ, & malæ publicatæ fuerunt.

8 Præterea † infinitæ ſunt in iure noſtro notæ antiquorum, quibus alij aliorũ ſcripta reprehendebant: nam & in Saluium Iulianum Marcellus notas ſcripſit, & Iulianus in Paulum, & Paulus in Papinianũ, & Labeonem, & Iabolenus, & Paulus in Marcellum, & Marcianus in Sceuolam, & demum ſinguli ferè in ſingulos; & deriſus eſt Nerua, qui reſpondit, ſeruos inuectos in domum poſſe per feneſtram manumitti, cum non poſſent per oſtium, vt refert Vlpia. in l. eſt differentia. in fi. quæ eſt pen. ff. quib. cau. pigno. ta. con. & Pomponius reprehenditur à Sceuola in l. Põponius. la j. ff. de nego. geſt. prout è contra Pomponius Sceuolam reprehendit in l. Quintus. ff. de aur. & arg. lega. & Iuuentius Celſus appellat conſultationem Labeonis ſtultam, & ridiculam in l. Domitius Labeo. ff. de teſtamen.

9 Sed † & quandoque ſummi Pontifices reprehenduntur in conſtitutionibus ſuis, vt Innocentius tertius reprehendit Celeſtinum præceſſorem. in c. quãto, de diuor. & Alexander tertius præceſſores ſuos in c. licet. de ſpõſ. duorum. & Gregorius tertius què iuniorem appellant, reprehenditur in c. quod propoſuiſti. a. quæſt. 7.

Si ergo Alciati, vel Pici rationi crediderimus, neceſſe erit id etiam fateri, quòd omnes hi, quos numeraui, & malè eorum aliquos ſenſiſſe. conſtat, dolo, ſordibus, ambitione, gratia ducti malè ſenſerint, quod tamen & abſurdum, & ab ingenua mente alienum foret.

10 Demus † igitur, prout concedi neceſſe eſt propter humanam fragilitatem, cum nullus ſine labe viuat mortalis, vt in libris conſiliorum multa ſint perperã reſponſa, non tamen ideo ſtatim damnandi authores, cum potuerint ea, quę ſcripſerunt, bona fide ſcripſiſſe, & præter aliqua damnata multa etiam bona protuliſſe. bene etenim conſulere, ideſt bona mente, neceſſarium quidem eſt, diligentiã adhibere debitam. omnibus autem & in omnibus placere palmarium eſt, ſed voti potius, & raræ fœlicitatis.

11 Cum † igitur, vt & Alciatus fatetur, in omni libro ſint mala, ſintque bona multa, cur propter illa mala voluit Picus & bona ſuprimi, non contra potius mala etiam edi cum bonis, ne bonis carerent iudices, & patroni. exemplo Chriſti Saluatoris in parabola de ſeminante bonum ſemen, cui zizania immiſcuit inimicus, quam tamen Dominus noluit eradicari, ne forte & bonum triticum euerteretur, ſed voluit vtrumque creſcere vſque ad meſſem, vt tunc bonum triticum à mala zizania ſepararetur: vt habetur Ma-
12 thæi c. 13. & † Innocentius tertius ſummus Pontifex cum concilio damnauit vnum tantùm libellum Ioachin Abbatis tanquam hęreticum dogma continẽs, non tñ damnauit ipſum autborem, & alios eius libros, quinimo cæteros omnes approbauit, vt habetur in c. damnamus. extra dè ſumma. tri. & fid. cath.

Edenda igitur ſunt reſponſa & bona, & mala, vt meſſores, ideſt iudices, & legẽtes poſſint poſtea mala à bonis ſeparare.

13 Et † cur igitur Picus, & Alciatus, qui ab editione omnia excludunt reſponſa; cum forent (vt arbitror, & credendum eſt) integræ vitæ, & mentis incorruptibiles, & ambitionis, & gratiæ expertes nõ in id incubuerunt; vt ex pluribus ſuis rñſis ſeligerent meliora, & nulla nota digna, & deteriora ſupprimerẽt? ſic enim & ciuili ſapientiæ profuiſſent, & ſuo exemplo docuiſſent poſteros, vt bona ederent reſponſa, & mala ſupprimerent, quod cum non fecerint, neceſſe eſt alterum de duobus verum eſſe, vel quòd nulla re-

la rediderint reſpõſa luce editionis digna(quod ab-
ſit,vt credam,cum multa leguntur Alciati eruditiſſi
ma reſponſa, & tanti hominis nomine digna) vel ꝙ
prædura nimium,& ſuperſtitioſa,ac nimium genera
lis fuerit Pici opinio de non edendis reſponſis tam
bonis, quàm malis.
14 Concurro † igitur in horum ſententiam,quòd in
omni volumine conſiliorum ſunt aliqua , quæ ad a-
muſſim iuſtitiæ, & legali diſciplinæ vndequaque nõ
reſpondeant , ſed tamen contendo, & multa eſſe in
eodem volumine,quæ conducat edi, & quæ ſi à ma
lis,authoris iudicio poſſent ſecerni,laudarem quòd
ſecernerentur,& ea tantùm ederentur . verùm quia
nullam puto eſſe tam perditi , & deplorati animi, vt
ea,quæ ipſemet noſceret eſſe praua,euulgari permi
ſerit in graue diſpendium nominis ſui: ideo hæc ſe-
paratio legentium iudicio eſt permittenda,cum ne-
mo bonus ſit iudex in cauſa propria .
Reſtat ergo:vt credamus eos,qui magna volumi-
na reſponſorum ediderunt , credidiſſe omnia bona
eſſe, quòd ſi iudicio in aliquibus decepti fuerit , id
imbecillitati humanæ condonandum,non vitio ani
mi continuò aſcribendum .
15 Sed † concedamus eſſe etiam aliquos tam perditę
conſcientiæ, qui ſcientes, volentes mala immiſcue-
rint bonis ; damnabo equidem perfidiam hominis,
neque eius ſcriptis fidam,ſed non ideo prorſus edi-
tionem reſponſorum reprehẽdam, quòd ſcilicet pu
tem plus conferre vtilitati communi oĩa edi , quàm
ſi omnia ſuppreſſa forent.nam cum , teſte Hierony-
mo,nullus ſit liber tam malus, qui ex aliqua ſui par
te prodeſſe nõ poſſit, cum malis ſimul,& bona tolle
rentur,ſi omnia ſupprimerentur.
16 Quia † & hoc commodo fruſtraremur,quòd cum
veritas nunquam certius cognoſci poſſit quàm ad-
modo ſiue cõtrario ex bonorum collatione cum ma
lis.facilè ſtercus ex auro tolli poteſt,vt de Ennio ſcri
ptum eſt.nam,vt inquit Ariſto.2.de cęlo,& mundo.
& in princ.Elench.oppoſita inuicem collata magis
eluceſcũt. & Imperator Iuſtinianus noſter voluit or
dinem antiquum edictorum,& compoſitionis legũ,
quem damnabat,referre,& poſtea ſuum explanare,
vt ex eorum collatione faciliùs cognoſceretur ſuum
eſſe meliorem ordinem, vt ipſemet ſcribit in proœ.
ff.in §.& antea.& in l.j.& 2.ſæpe C.de vete. iur.enu.
vt & Bar.ibi admonuit.& Paulus Apoſtolus ad Theſ
ſalonicenſes.j.epiſt.c.5.monet eos,vt ſcripta omnia
legant. inquit enim . Omnia probate , quod bonum
eſt tenete..non ergo ſupprimenda omnia reſponſa ,
ſed edenda potius , etiam ſi quid perperam dictum
contineant,vt probari poſſint, & quæ bona ſunt te-
neri, mala verò reijci .
17 Verùm † quòd Picus,vt refert Alciatus,exclama-
uerit dicens , ò miſerum imperium illum iudicem,
qui ex hiſce conſilijs magis pendeat quam ex dog-
matibus ordinario loco a doctoribus traditis , non
video cur magis miſer ſit , dum pendet à reſponſis ,
quàm a dogmatibus.nã ſi hac ſola ratione vult per-
ſuadere Picus non eſſe edenda reſponſa, quia vel a-
uaritia , vel ambitione dominante ſæpè redduntur
conſilia, quid eſt (manes Pici, & Alciati inuoco) ꝙ
impediat, quominus idem dici poſſit & de dogmati
bus traditis ab interpretibus in locis ordinarijs: ni-
hil certè,quod videam,cum & ipſis æquè poſſint prę
miſſa omnia obijci.
18 Nam † ſi auaritiam,& ambitionem ſpectes,certè
maior eſt in docẽtibus ex cathedra,quam in reſpon
dẽtibus.hoc enim hodie vſu eſt receptum,vt ſi quis
velit ingentia ſtipendia aucupari,opus ſit, vt prius
ſe acutum,& ſubtilem profiteatur, idque perſuade-
re conetur vel lectionibus, vel diſputationibus, vel
ſcriptis,quibus oſtendat ſe ſcire multis vti ſophima
tibus contra receptas ab omnibus ſententias,noua-
que multa inuenire, quæ ab alijs neque etiam exco-
gitari potuerint , cumque his argutiolis nomen ſibi
compararunt, tunc maxima requirunt honoraria .
19 Neque † id dico,quòd in hoc damnandi ſint(quis
enim virtutem amplectitur,ipſam(vt inquit ille)pre
mia ſi tollas?) & vt alter.

In ſteriles agros nolunt iuga ferre iuuenci.

neque ideo damnandi ſunt etiam reſpondentes , ſi
labores maximos in reſpondendo ſubeũt ſpe etiam
20 præmij † nam & olim nullus audebat prophetas il-
los diuinos vacua manu conſulere:vt habetur j. reg.
c.9.vbi Saul conſulturus Samuelem prophetam de
aſinis amiſſis, præparat quartam partem ſtateris ar-
genti,vt pro reſponſo det Samueli viro Dei.quid er
go mirũ,ſi laboris prǫmium requirit rñdens, cum &
à Prophetis nullo dato nefas erat reſpõſum petere?
21 Neq; † noua eſt hæc honorariorum exhibitio,nã
& Ioannes Andreas, qui vocatus eſt lucerna iuris,&
integritate conſcientiæ pro cõſilio dato ſimul cum
Ricardo de Saly.anno.1397.recepit honorariũ flo-
renorum centum,& Antonio de Butrio pro vno re-
ſponſo in cauſa cuiuſdam nobiliſſimi feudi fuerunt
exhibiti floreni 300. vt refert Andreas Sicul. in c.2.
de foro compe.num.80.
22 Neque † crediderim Alciatum præclariſſimi no-
minis iuriſconſultum , & ætate ſua arcem gloriæ te-
nentem, reſponſa reddidiſſe abſque magno ſtipen-
23 dio,& quidem meritò.nam † licèt quandoque red-
datur reſponſum ſine magna reuolutione librorum ;
attamen tot vigilijs ante ſibi comparauit loca reſpõ
dens,quæ tunc ei inſeruiunt, vt iure poſſit præterita
rum vigiliarum prǫmium recipere: vt ſcriptum reli-
quit Archid.in c.non licèt.11.q.3.quem refert,& ſe
quitur Iaſ.in §.ſed iſtę,nu.123.inſt.de actio.
24 Porrò † non video qua ratione Picus,& Alciatus
exprobauerint ambitionem conſulentibus,cum nul
lum credam inter mortales viuere,qui maiori ambi
tione torqueãt,quàm è ſuggeſtu docentes:ambiunt
enim auditorum frequentiam,& prçce,ac non nun-
quam prçcio diſcipulos ad ſuum trahunt auditoriũ,
25 & à collega abalienant. credunt † enim frequentia
diſcipulorum argui doctrinam egregiam, ac ſingu-
lare ìo docentis,cum & Prouerb.14.dicatur,vbi non
ſunt boues,præſepe vacuum eſt, vbi autem plurimæ
ſegetes , ibi eſt manifeſta fortitudo bouis , & ideo
Chriſoſt.in 20.cap.Matthæi cir.fi.inquit.teſtimoniũ
ſtudioſi agricolę eſt meſſis fœcunda,aſſidui doctoris
ſignum, auditorium plenum : irridentur etenim , &
negliguntur doctores illi,quorum ſcholę frigent pe
nuria audientium, prout Mennam quẽdam deridet
Martialis his verſibus.

Iura trium petit à Cæſare diſcipulorum .

Aſſuetus ſemper Menna docere duos .

& Iuuenalis ſatyra ſeptima ſic canit.

Pœnituit multos vanæ,ſterilisq; cathedræ .

Ideo modis omnibus docentes ex ſuggeſtu meditã
tur qua via,quo modo ſibi auditores multos conci-
lient,vt vindicato ſibi doctrinæ nomine,magna etiã
conſequantur honoraria quos autem præcibus of-
ficijs conciliare non poſſunt , precio comparare
26 conantur quod † tamen ſpecies eſt quædam ſimo-
niæ , vt ex noſtris tradit Accurſius in l. j §. ſolent.
verſi.tutelam.ff.de offi.præſ.vrb.& in §.ſed ſi quis.in
verſi.remittit.inſt.de ſuſp.tutor. vbi etiam ſcribẽtes,
& Pet.de Ancha. in c.peccati venia.de reg.iur.in 6.
col.4.verſi.ſed dices in aliquibus. & Calde.in c.na-
27 uiganti.de vſuris & † mutuantes pecuniam ſcholari
bus,vt auditorium ſuum impleant, vſuram commit-
tunt,

tunt,vt inquit Panot.in c.j.nu.2.in fi.extra depoſ. & Can.in c.vl.de vſu.& Iaſ.in l.rogaſti.§.ſi tibi dedero.in vlt.verbis.ff.ſi cer.per.& Ioan. de Anna.in.rub.de magiſtris, & demum quid non faciunt, vt huic ſuæ ambitioni frequentiam auditorum requirenti ſatiſfaciant?cum plerique & famulos,& amicos,qui iuri non incumbunt, accerſant, vt augeatur auditorum numerus, contra quos inuehit Bar. in l.j.C.de ſtud. liber.vrb.Ro.lib.12. neque infamiam curant, quam incurrunt,vt eo in loco ſcribit Bar.& Io.de Plat.qui etiam ſubdit,quòd huius farinæ doctores valde peccant,& notant etiam ſcrib.in c.vlt.40.diſt.& in c.vlti.de maior. & obedi.

28 Ex † quo etiam aliud incommodum incurrunt, nam cum ambitione illa acriter crucientur,non poſſunt vacuo, ac ſedato animo lectionibus incumbere,& ſi aliqñ feruidè incumbunt,id tñ curât,vt ſubtilitatibus vanis paſcant auditores,& ipſi vt ingenioſi habeantur,cõtra quos inuehit Bar.in l. de quibus. ff.de legi. dum vltramontanos reprehẽdit, quorum ſubtilitates, truſas appellat, quod tñ nil aliud eſt, q̃ credita ſibi auditorum ingenia perdere,quod etiam maximè euitandum eſt,iuxta illud Poetæ.

Non ego per ſyrtes,& acuta cacumina vadam.
Nec iuuenum quiſq; me duce captus erit.

29 Hinc † fit,vt multi in interpretationibus reprehẽdantur,qui in reſponſis laudantur.nam Pau.Caſtrẽ. perſtringit Bal. quòd volauerit per aera, & in nubibus ſe occultauerit ad oſtentationem,in l.j. C.quando non pe.par.& Bar.reprehendit Cyn. quòd ſe inuoluebat,& non intelligebatur, quid loqueretur. in l.de quibus.nu.33.ff.de leg.quem refert Iaſ.in l.more.nu.58.de iur. omn. iudi. & Bal.dicit Hoſtienſem in lecturis dixiſſe mirabilia,ſed malè,in c.licèt vndique.de officio delega.& ipſe Bal. etiam malè audit, quòd interpretationibus iuris Canonici admirãda dixerit,ſed ſine ratione: & Innocentius Summus & Pontifex, & iuriſconſultus reprehẽditur ab Andrea Siculo in c.cum acceſſiſſent.nu.132.de conſti.quòd obſcurè loquutus ſit & ſubtiliter: quia fortè timuit intelligi,ne intellectus reprehenderetur.& Io.Aod. in c.Raynutius.de teſta.col.j.dicit, quòd Innocẽtius multa ſcripſit impertinenter ad pompam,ex quibus colligitur,quòd ambitio,&,quod peius eſt,etiam inuidia regnum ſuum tenent in pectore docentium, qui adeo inflãtur,vt malint erroneas ſuas opiniones & docere,& ſcriptis mandare,quàm aliorum benedictis acquieſcere,putantes ſe tantum famæ,& nominis conſequuturos,quantum alijs detrahunt.

30 E † quorum numero ſi me nunc eximerem, cum iam per annos 31. fermè docendi munere vacauerim,dicar fortè vel arrogans, vel nimium mihi blandiens,ideo ſilentio (vt par eſt) acta mea inuoluens, Deum tantùm inuoco, & conſcientiam meam actorum meorum teſtes,qui tempore tremendi illius iudicij reddet & mihi, & alijs ſingulis vel pœnam, vel præmium pro cuiuſque meritis.

31 Cum † igitur ſic ſe habeat docentium conditio, certè multo maiori ſunt diſpendio Reipublicę ciuili faſtuoſi,& ſophiſtici,ac ambitioſi doctores(de quibus tantùm me loqui profiteor non de bonis)quàm malè conſulentes: docens enim tenera ingenia informat,quæ cum iudicij ſatis emuncti, & firmati ob ætatem eſſe non poſſint,ſi ſemel falſis argutijs, & cauillis fuerunt imbuta, nunquam vanas illas exuent opiniones,ſed mordicus ſemper manibus(vt aiunt) & pedibus tuebuntur:tum ex animi propenſione in præceptores;tum quia,vt inquit Poeta.

Quo ſemel eſt imbuta recens,ſeruabit odorem.
Teſta diu.

Quòd ſi cognito errore ad veriorem doctrinã aſpirent,dediſcenda erunt prius ſibi omnia malè tradita,& eorum loco meliora ſummittenda, & collocanda,quod erit difficilimum.ea ergo peruerſa faſcinati doctrina auditores,ſi poſtea domi cõſulantur, peruersè conſulent non modò in vna, ſed fortè in ſexcentis cauſis, cum alia non poſſint euomere, quàm quæ in ſcholis deuorarunt. contra verò conſulens, licèt perſuadere conetur iniuſta iudici, non tanto tamen periculo id facit: nam ſi Iudex eſt peritus, & bonus,non facilè patietur ſe decipi acutis ſophiſmatibus,ſed ſtatim verum à falſo,ſicut lolium à grano ſeparabit. quòd ſi imperitus ſit iudex, poterit ſibi accire iuriſperitos in conſilio, qui longa experiẽtia edocti iuſtum ab iniuſto ſegregabunt, neque vt adoloſcentuli decipi ſe patientur. quod & ſi fortè noluerit iudex adhibere in conſilio iuriſperitos, ſed velit authoritati malè conſulentis deferre,id erit fortè in vna,aut altera cauſa,non in omnibus,& pręterea dãnum,quod iniuſtè paſſus fuerit,qui ſuccubuit, poterit apellatione reſarcire, & facilius quàm damnum, quod præpoſtera,& captioſa doctrina aduloſcentibus ſtudioſis infligitur,qua poſſerit mille,& amplius ſcolaſticorum mẽtes corrumpi,qui varijs in prouincijs diſperſi præpoſtera illa, & morboſa doctrina, quam in ſcholis hauſerunt, inficient multos imperitos,cauſaſque vel iudicando, vel conſulendo,vel defendendo iniuſtas, iuſtas efficere conabuntur, non quidem eorum dolo, quæ vera ſentire credunt, ſed malitia eorum,qui eos docuerunt.

32 Quòd † verò Alciatus, & Picus reſpondentibus de iure gratiam, & fauores potentiorum obijciunt, quibus obcæcati facilè præuaricantur in reſponſis.

33 † hoc quidem & ipſis docentibus cõmune eſt: nam in quęſtione illa,an donatio facta à Conſtantino Silueſtro ſummo Pontifici valuerit vel non,multi in cathedris applaudentes Pontifici dicebãt valere, contra tamen veritatem, ſi liceret Salyceto credere in Rubr. Codicis num.7. & ante eum tractans eandem quæſtionem Bar.in proę.digeſtorum,nu.14. inquit, nos ſumus in terris Eccleſiæ,& ideo dico, quòd dicta donatio valuit;cuius exemplum authenticum teſtatur Excellentiſſ. & Magnifi. Andreas Laudanus quõdam auditor meus, & mihi cariſſimus, & hodie Eques congregationis S. STEPHANI. in ciuitate Florentię.quare And.de Iſern.in conſtitutione regni incip.dubitatio. dicit Martinum malè loquutum fuiſſe,dum dixit omnia eſſe Principis,ſed quòd excuſandus; quia id fecit, vt ſatisfaceret Imperatori,qui ipſi fauebat.refert Valla conſ.46.nu.44.in 3. & Bald.in vlt.nu.11.C.ſi à compe.iud.inquit. quòd quidam profeſſores Bononienſes in quadam quæſtione captantes auram populi contra ius tenuerũt. & Fely.in Rub.de conſtitu. nu.5.refert, quòd in illa quæſtione, an Summus Pontifex poſſit ſine conſenſu Cardinalium ardua expedire. Ioannes Monachi tenuit,quòd non potuit,dignitati Cardinalatus fauens,in qua & ipſe erat conſtitutus, & horum ſimilium plura poſſem adducere exempla, quę breuitatis cauſa lubens omitto.

34 Poſſum † ergo & ego iuſtius quàm Picus exclamare,ò miſeros illos iudices, qui in iudicandis cauſis contenti ſunt diſputationibus factis in commentarijs docentium ordinarijs in locis: nam verè tunc dicere poterint,ſe nauigare inter ſyrtes, & acutos ſcopulos,cũ infinitos cogentur legere interpretes, quo

35 rum numerus auditus perterrere poteſt omnes † inter quos vix duos reperiant interpretes, qui in quæſtionibus aliquantiſper obſcuriaconueniant, cum tot capita,tot ſententiæ.& quilibet,vt acutum oſtentet ingenium, ſophiſticis argumentationibus noua

ſua

ſua inuenta conet tueri, & eos, qui ante illum ſcripſerunt, reprehĕdere, adeò vt cum hinc, atq; illinc ſint ſcopuli, neſciant tutum iter ad portum tenere, qui ſi rñſis velint inſtrui, facilius oĩa, & oĩum opiniones, quæ in interpretationibus leguntur ſub oculis habĕtes percurrent ea cumulata argumenta, & quæ viderint tutiora, illis adherebũt. notum eſt enim de iure reſpondentes omnes interpretationes ordinarias, nec non & conſilia etiam perſcrutari, & excutere, atque in vnum congeſtas opiniones, & argumenta oculis iudicum ſubijcere, vt ſine magno labore, quem ipſi deuorarunt, facile poſſint iuſtum ab iniuſto diſcernere.

ARGVMENTA QVAE DVCIT ALCIATVS AB EXEMPLO ALEXANDRI, ET *Socini non obſtare.*

CAPVT XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Alexander ſecundùm Alcia. quinque edidit volumina conſiliorum, ſextũ & ſeptimum ſupreßit. Socinus duo volumina conſiliorum edidit, tertium & quartum ſupreßit.*

2 *Alexander & Soc. non ediderũt viuentes reſpõſa,*

3 *Viuentes Iuriſconſulti ediderunt reſponſa, & aliqua poſt mortem edita, vt Labeonis.*

4 *Viuentes ſi non edunt libros non ideo ſequitur quòd non puteut eos diguos luce.*

5 *Viuentes qui edunt certè meliora præmittunt.*

6 *Alciatus quare primum Alexandri cõſilium ſumpſit reprehendendum. & nu. 7.*

8 *Pauli conſilia reprehenduntur ab Alcia. & Alexandri & Soci. ſine quibus celebriorem eorum famam futuram ſcribit.*

9 *Pauli conſilia celebrantur, & reſpondetur Alexandro qui videbatur contrarium dixiſſe.*

10 *Alexandri conſilia laudantur ab omnibus.*

11 *Alexandri præceptor Ioannes de Anania optimus Iuriſconſultus.*

12 *Præceptorum mores referunt diſcipuli. Io. de Anania præceptor Alexãdri, et eius laudes.*

13 *Bartholomeus Socinus reprehenditur vti nimium ſubtilis & ingenioſus ab Alcia. Iaſonis Barbariem præfert Alciatus Pariſij cõſilijs.*

14 *Alciati iudicium nimium ſcrupuloſum omnia faſtidiens.*

15 *Iaſoni præceptori ſuo Alciatus non parcit.*

16 *Iaſonem obtuſi ingenij dicit Alciatus.*

17 *Fiſionomia cognoſcitur ſtupidus.*

18 *Iaſon laudatur. Andreas Siculus laudatur.*

VOLENS pręterea Alciatus omnino conuincere, non eſſe edenda reſponſa, arguit ab Alexandri, & Socini e-
1 xemplo, † quòd ſcilicet Alexander quinque tantùm volumina edidit reſponſorum, & duo, videlicet ſextum & ſeptimum ſupreſſit. & Socinus duo tantùm, tertium autem, & quartum noluit edi, quæ tamen poſt eorum mortem fuerunt impreſſa, inferens Alciatus, quòd nulla alia ratione ſupreſſerunt authores illa volumina, niſi quia cognoſcebant eſſe indigna celeberrimo ſuo nomine, & quia contra conſcientiam ſciebant reddita.

2 Sed † certè leue eſt etiam hoc argumentum, & in manes Alexandri, & Socini meritò confictum. nam affirmare non auſim reſponſa aliqua Alexandri, vel Socini illis viuentibus fuiſſe euulgata, quinimo crediderim illos viuentes nunquam euulgaſſe, aut impreſſioni mandaſſe conſilia ſua.

3 Sed † eſto veritati locus, ꝙ aliqua ediderint reſponſa viuentes, aliqua poſt eorũ mortem edita fuerint, non ideo tamen neceſſaria eſt concluſio, quòd non edita ſupreſſerint tanq̃ contra conſciẽtiam reddita. nam, & in hoc ipſi non caruerunt maiorum iuriſconſultorum exemplo, quos Alciatus veneratur. Nam & Antiſtius Labeo Princeps proculianæ ſectæ ſcripſit, & edidit viuens libros Pithanon, hoc eſt veroſimilium plures, ſed non omnes. nam plures poſt eius mortem poſtea editi fuerũt, qui poſteriores appellantur, vt teſtatur Gel. noc. Attic. lib. 13. c. 10. & tamen non minoris fuerunt exiſtimationis hi poſteriores poſt mortem editi, q̃ priores, cum ex his poſterioribus plures leges à Triboniano fuerunt excerptæ, & in pandectas coniectæ, & plures quidem, q̃ ex prioribus, qui eo viuente fuerunt euulgati, vt videri poteſt ex pręſcriptionibus legum pãdectarum, quia & plures libri fuerunt poſt eius mortem editi, quàm ante. nam octo fuerunt in vita, & decem poſt vitam euulgati, vt patet ex indice ante digeſta impreſſo quanquàm Gel. loco pręcitato 40. libros hos poſteriores nominat, qui tantæ fuerunt authoritatis, vt meruerint à Iuliano in epithomen contrahi, vt in eodem indice legitur.

4 Ex † Labeonis ergo probatiſſimi iuriſconſulti exẽplo conuincitur argumentum Alciati non cõcludere, dum ſic colligit: Alexander, & Socinus in vita aliquot libros rñſorum ediderunt, & aliquot editi fuerunt poſt mortem, ergo iſti ab authoribus certo iudicio ſupreſſi ſunt tanq̃ mali. nihil enim certè confert ad fidem ſcriptis faciẽdam, quòd ante vel poſt mortem authoris fuerint euulgata, modò conſtet ab eiſdem authoribus ſcripta fuiſſe. Si enim celebres illi duo iuriſconſulti noluiſſent edi poſteriores ſuos libros reſponſorum ob læſam conſcientiam, certè vel Vulcano commendaſſent, vel ſuprema voluntate iuſſiſſent non edi, & tamen neutrum eos feciſſe cõſtat.

5 Præterea † ſi vera eſſet aſſertio Alciati, ꝙ Clariſſimi hi iuriſprudentes maturo adhibito iudicio ſelegiſſent reſponſa, quæ ederentur bona, à malis, quæ edi noluiſſent; certus quilibet eſſe poteſt, quòd ſi iudicio polluiſſent, prout polluiſſe, & quidem emunctiſſimo, omnes fatentur, in priores libros bonorum reſponſorum conieciſſent meliora, & quæ nullam, vel leuiorem pati potuiſſent reprehenſionem. & præterea in ipſo primo libro, & præſertim in ipſo eius veſtibulo, quod prius legentibus ſeſe offert, veroſimiliter meliora præpoſuiſſent, & tamen Alciatus & 6. & 7. lib. rñſorum Alexandri, q̃ ab eo iudicio ſe ſuppreſſa fuiſſe dicit; quia mala eſſe cognuſcebat, nullũ ſumpſit reprehĕdendũ rñſum, ſed ex libro tñ primo, qui ex mẽte Alciati oĩa meliora continet reſponſa, & ex illis primum oĩum rñſum ſelegit notandum, & reprehendendum, illudq; conatur pluribus rationibus damnare tanq̃ captioſum, & ſophiſticũ, quod quidem nil aliud eſt, quàm præter notam auaritiæ, & ambitionis, quã ſupra Alexandro inuſſerat, illum etiam imprudentiæ, vel ſaltem præpoſteri, & oſcitan-

oſcirantis iudicij arguere. quòd ſcilicet cum ex profeſſo voluerit bona tantùm edere reſponſa, & mala ſupprimere, in ipſo veſtibulo claudicare cęperit, primum reſponſum valde malum edendo pro bono, & fortè alijs meliore, quod tamen indicio Alciati peſſimum eſt omnium, & tamen nulla erat cauſa neque ambitionis, neque auaritiæ in ſeligendo bona à malis reſponſis, vt tam celebre & ſanum ipſius iudiciũ deciperetur, prout potuit eſſe in reddendis clienti reſponſis, quin potius oculatior, & diligentior eſſe debebat in bonis ſeligendis, ne famę, & nomini ſuo, & integritate, & doctrina apud omnes gentes celeberrimo notabilem labem inferret, præſertim cum iam præmium reſponſorum recepiſſet.

6 Porrò † putarim Alciatum primum reſpõſum Alexandri ſelegiſſe à ſe reprehendendum, vt ſi hoc conuinceret iniuſta, & iniqua continere, in quo maior diligentia præſumenda eſt Alexandri, cum primum ſit omnium, quilibet poſſit probè arguere, nullum etiam eſſe in 5. illis voluminibus prius editis, quod recipiendum ſit, quod quidem quàm conueniat ciuili, & modeſto iuriſconſulto, ipſe viderit.

7 Concludo † ergo mihi verum non videri, ꝙ Alex. & Soci. quæ edita ſunt ſub eorum nomine reſponſa, in eorum vita ipſi pro bonis ſelegerint, & reliqua tã quam mala ſuppreſſerint, ſed omnia crediderun bona fide & ex bona conſcientia reddita, & euulgata fuiſſe. an autem iuſtè reprehendat Alciatus primum illud Alexandri reſponſum, mox videbimus.

8 Interim † autem proſequitur Alciatus morſus cõtinuans in noſtros iuriſprudentes: inquit enim, editionem conſiliorum Caſtrenſis, & Alexandri, & Socini non modò famam eorum celebriorem non feciſſe, quin potius obſcuriorem, honeſtiorem aſſerẽs futuram fuiſſe, ſi eorum reſponſa non extarent.

9 Hoc † forte ita viſum eſt Alciato, & Pico, ſed non ita viſum eſt alijs celeberrimis iuriſconſultis. nam vt ab antiquiori exordiar, nempè Paulo, videmus hodie eius reſponſa tantæ eſſe authoritatis, vt paſſim in iudicijs præ manibus habeantur in veneratione. fuit enim optimus iuriſconſultus, vt vtar verbis Iaſonis in l. cum qui ita. §. qui ſibi. col. 4. ff. de verb. ob. & illum excellẽtiſſimum inter modernos celebrat idẽ Iaſ. inſt. de actio. in princi. nu. 87. in fi. & Deci. conſi. 576. nu. 5. in fi. dicit nolle ſibi tantum tribuere, vt abſolutè velit conſulere contra conſilium Pauli de Ca. cuius authoritatem dicit eſſe maximam, & optimũ eundem appellat Iaſon conſi. 115. col. 9. cir. med. in 4. & magnam eſſe ipſius authoritatem in cõſilijs ſcribit Bologni. in addi. ad conſi. Io. de Ana. conſi. 61. in vltimis verbis, & quòd fuerit bonæ conſcientiæ ipſemet teſtatur conſi. 121. col. 2. cir. med. verſic. licet iſta, in princi. vbi dicit, ſe nolle contra conſcientiam conſulere. & idem in l. filiusfamilias. §. cum quis. de leg. j. dicit ſe pluries requiſitum recuſaſſe contra opinionem Bartoli conſulere in illa quæſtione, an filij poſiti in conditione cenſeantur vocati, & larius idẽ in l. cum acutiſſi. C. de fid. ic. ſciebat enim ſibi omnium conſenſu ſuppremam authoritatem doctrinę, & probitatis vendicaſſe. nã conſ. 434. in fi. in 2. dicit, authoritatem ſuam eſſe talem, quæ ſufficere deberet ad deciſionem illius cauſæ; quia vidit, & cognouit dicta per eum vera eſſe, & veritate fulciri, eundemq; maximæ exiſtimationis eſſe, dicit Soci. conſi. 80. col. 2. verſicu. ant quærimus, nnmquid ſolutio. & idem dicit Crau. conſi. 205. nu. 2. & And. Sicul. conſ. 50. col. 5. verſi. licèt iſta ſint. in 4. appellat Paulum iuriſconſultum realis ſcientiæ, qui in conſulendo extremam Mineruæ arcem conſcendiſſe putatur. & licèt Alexander in l. quæ dotis. nu. 11. in fin. dicat, ꝙ Paulus fuit nimium promptus in conſulendo, intelligit tamen, quòd fuit nimium promptus in eo caſu; non autem quòd talis foret eius natura in omnibus cauſis, prout ego aliàs in conſulendo memini me adduxiſſe. ſed verè parcendum eſt famæ tãti viri, cuius authoritas certè minor non eſt, quàm Alexandri, vt in ſpecie dicit Socinus dicto conſi. 80. in 3. & præſertim cum in eadem quęſtione, in qua Alex. in d. l. quę dotis. reprehendit Paulum, communis ſtat pro Paulo, prout ſcribit Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. col. 17. de verb. ob. & Ferati. cautel. 30. & nouiſſimè Gabriel. io ſuis communibus opin. lib. 2. ſub tit. de iureiur. conclu. nona. & hæc ſufficiant dicta de authoritate conſiliorum Pauli.

10 Alexandri † pariter authoritas, quam etiam ſugillat Alciatus, omnium ore maximè celebratur, & præſertim in conſilijs. nam, vt inquit Deci. conſi. 65. nu. 2. verſi. & reſpondetur, eius authoritas his temporibus adeo in excelſo & illuſtri loco poſita eſt, vt ab eius reſpõſis recedere nefas ſit, maximè in ijs, in quibus contradicentem nullum habet. & illum ſolẽniſſimum modernorum appellat Cor. conſi. 189. in litera d. in 4. & lucernam iuris Fely. in c. 2. de reſcri. refert Catellia. Cotra in ſuis memorabilib. in ver. iuriſperitus. & aureum, & illuſtrem doctorem appellat Cur. conſi. 12. col. 2. verſi. & ideo. & in conſi. 63. col. pen. & tantùm abeſt vt credatur malè de iure reſpõdiſſe, vt vocari ſoleat doctor veritatis, quòd ſcilicet in conſilijs veritatem ſemper amplecteretur, vt ſcribit Galiaul. in l. centurio. ff. de vul. & pup. col. 17. nu. 41. & Pantaleo in repe. l. 2. col. 12. C. de reſcind. vend. & Cur. Iuni. conſi. 539. nu. 10. dicit, quòd ſolet appellari doctor veritatis. & Afflic. deciſ. 100. dicit, quòd ſufficit allegare vnum Alexandrum in conſilijs pro multis. & eundem ſupremum doctorem appellat Vincentius de Paleotis inter conſi. Cur. cõſi. 17. nu. 2. & Neuiz. 1. conſi. 96. num. 3. & (ſi verum ſequamur) ſi Alexander non poteſt dici doctus, integer, ac prudens iuriſconſultus, & præcipuè in eius reſpõſis, vix reperio, cui hæc nomina conueniant: ſic enim arbitror Alexandri doctrinam ęmulari difficilè eſſe, authoritatem æquare difficilimum, ſuperare autem impoſſibile.

11 Accedat † autem, quòd Alexander habuit præceptorem Io. de Ana. Archidiaconum Bononienſem,
vt ipſe Alexander teſtatur conſi. 78. nu. 11. verſ. & rationem proximè dictam. in 7. quem Soci. conſi. 46.
nu. 6. in 2. & conſi. 119. nu. 3. in 4. appellat magnæ
ſcientiæ, & conſcientiæ doctorem. & Andr. Sicul. in
repe. c. Raynal. col. 87. & 155. de teſta. illum appel-
12 lat doctorem excellentiſſimum, & ſanctæ vitæ. † nul
mirum ergo, ſi Alexander veſtigia præceptoris ſe-
quutus eandem doctrinam, & bonam conſcientiam
induerit, cum diſcipuli magiſtros imitari ſoleãt, iux
ta l. an manumittere ff. de man. vind. & per Abba. in
Rubri. decretal. nu. 6. & Felyn. in c. j. de conſtitu. nu.
108. vbi etiam Andr. Sicul. nu. 134.

13 Bartholomæus † quoque Socinus, cui nomini pariter non parcit Alciatus, maximi ſemper fuit nominis & viuẽs, & mortuus, & ſemper erit apud omnes, quem maximè laudat Corn. conſi. 83. in princi. in 3. fuit enim acutiſſimus interpres, ac diligentiſſimus, & integerrimus in reſponſis, quidquid cauſæ ſuæ inſeruiens dicat Alcia. qui perſonam Pici adhuc non exuens dicit periculoſum fidere ingenioſis, qui ſuo acumine peruertunt veritatem, præferre ſe dicens barbariem Iaſonis, & Pariſij conſilia conſilijs Socini, aut Decij, quòd illi craſſiori Minerua, quoties malè conſulerent tam apertè, & palàm, tam rudibus rationibus id faciũt, vt oporteat bardum eſſe iudicem illum, qui fucum non videat, contra Decius, & Socinus ſubtili viri ingenio tam diſſimulanter, & cautè

in id

in id delinquunt, vt etiam peritos poſſint fallere.
14 Sed † per Deos, quomodo quis ſatisfaciet tam
curioſo, & ſuperſtitioſo iudicio Alciati? cum apud
eum, ſi ingenioſi ſunt reſpondentes, ingenti eo acu
mine abutuntur in malum, ſi hebetiori ſunt mente,
15 ab eo deridentur veluti bardi: † ſed neque mirum
hoc videri debet, cum non parcat præceptori ſuo
Iaſoni, quem poſtponit Decio, & Socino, & craſ-
ſioris Mineruæ virum appellat, cum tamen Iaſon
fuerit maximæ eruditionis, & quantus erat Alcia-
tus iuriſperitus, id totum acceptum referre debet
Iaſoni: quin & ipſum malè ſæpè conſuluiſſe aſſerit,
ſed minus eſſe ipſius delictum excuſat, quòd tam io
eptè, & breuiter mala pro bonis perſuadere cone-
tur, vt nullus ſit tam bardus iudex, qui non videat
56 fucum, † quod nil aliud eſt, quàm inſimulare Iaſo-
nem tanquam virum obtuſi, & tardi, ac ſtupidi in-
genij, & excordem hominem. debuit fortè oculis Pi
ci, & Alciati Iaſon iugula lata concaua, & aperta nõ
57 habere † prout Socrates, quem ideo Zopirus Phiſio
gnomus ſtupidum, & bardum eſſe dicebat, quòd eas
partes obſtrictas haberet, quod cum audiſſet Alci-
biades cachinnum ſuſtulit, quaſi Zopirum irridens,
quòd tam apertè falſa de Socrate diuinaret, cum
Socrate nullus neque ingenij acumine, neque pru-
dentia, neque doctrina, neque vitæ innocentia, ac
modeſtia fuerit excellẽtior, quippe qui Apolline ſa-
pientiſſimus dictus fuerit: vt Tul. eſt author lib. j. A-
cadem. & in Catone, & in libro de fato. & idem Tul.
lib. j. Tuſc. appellat Socratem præſtantem virum vir
tutis & ſapientiæ gloria: ſicut igitur Phiſiognomus
ille deceptus fuit, & falſum dixit, ita pariter dece-
ptus eſt Picus in iudicando Iaſonis ingenium, cum
ab omnibus habitus ſemper fuerit vir ſolidæ, ſince-
ræ, facilis, ſanæ, & fęcundæ doctrinæ.
58 Et † quod de Iaſone dixi, idem dictum intelliga-
tur etiam de alijs duobus Andrea Siculo, & Pariſio,
quos Iaſoni coniunxit Alciatus, quorum tamen ſin-
guli primas ætate ſua vindicarunt partes: vt notiſſi-
mum eſt, & de Iaſone ſic cecinit quidam.

Quis Maynum ignoret, quo non peruenit Iaſon?
Theſſalus haud tantum cognitus ille fuit.

& de Andrea Siculo etiam ſic.

Ingenium velox, & prompta memoria clarum
Andreæ Siculi nomen ad alta ferunt.

De Pariſio nil ſcripſit, quia nondum erant publicata
eius ſcripta, atque etiam reſponſa.

DILVVNTVR QVAE ALCIATVS SCRIBIT CONTRA RECENTIORES IVRISCONSVLTOS CAPVT XV.

SVMMARIVM.

1 *Decius reprehenditur ab Alciato quod in ſubſcriptione quadam dixerit ſe ſcripſiſſe vt melius inueſtigandi locus pateret.*
2 *Sed ſaluatur cum nu. ſeq.*
3 *Iudices aliqui nolunt reprehendi, & ſi reprehenduntur ſe ſententijs ſuis.*
7 *Decius bonæ conſcientiæ.*
8 *Ripa reprehenditur ab Alciato.*
9 *Sed ſaluatur. & nu. 10.*
11 *Paulus Caſtrenſis, & Lapus reprehenduntur ab Alciato, quòd cõſilia ſua allegationes vocauerint.*
12 *Sed ſaluatur Lapus.*
Allegationes vocantur & conſilia.
13 *Allegationes an & quomodo differant à reſponſis.*
14 *Aduocati debẽt iurare ſe bona conſciẽtia defendere.*
15 Lapus *laudatur. & nu. 16. & ſeq.*
16 *Conſiſtorialis aduocatus, & conſiſtoriales cauſæ.*
17 *Reſpondentes de iure reprehenduntur ab Alciato, quòd impertinentia adducunt vt declamatores faciebant.*
18 *Sed ſaluatur, & ſeq.*
19 *Maledicus Picus, & Alciatus vt T. Labienus.*
21 *Picus verè pica loquaciſſima.*
22. *Rationes plures non vna tantùm adducendæ.*
23 *Pica morbus prægnantium.*
Ratio vnica pro expreſſa habetur.
24 *Rationes plures præſumuntur non vnica.*
25 *Ratione vna ceſſante ſi cæteræ non ceſſant non ceſſabit & diſpoſitio.*
26 *Breuiores fuerunt antiqui in reſponſis.*
Et quare. ibid.
27 *Iudices in ſententijs non allegant rationes.*
28 *Conſulentes ex commiſſione cauſæ ſecundùm formam ſtatutorum non allegant rationes ſui conſilij.*
29 *Iuriſconſulti antiqui conſulentes raro reſpondebant contrarijs. & ſeq.*
31 *Breuitas nimia vitioſa, & inſeruiendum tempori.*
32 *Argumenta plura inculcanda, vt ſi grauiora non moueant lenioribus moueatur Iudex.*
33 *Breuitate quatenus vtendum.*
34 *Tribonianus multa conciſa congeſſit in pandectis.*
35 *Auctoritates Iuriſconſultorũ adducebãt ẽt antiqui.*
36 *Contraria oĩno diluenda, qđ non faciebant antiqui.*
37 *Auctoritates allegantur, vt cõis opinio habeatur.*
Cõmunis opinio pro lege ẽt antiquitus obſeruabatur.
38 *Communis opinio licèt non videatur approbata à Iuſtiniano, tamen reſpondetur.*
39 *Communis opi. etiam apud antiquos conſiderabatur.*
40 *Communes opiniones ſequuntur hodie iudices.*
Docentes interpretes cões impugnant opiniones.
41 *Iudex malè iudicans excuſatur, ſi communem ſequutus eſt, & licèt bene iudicauerit, ſi tamen communem, facit litem ſuam.*
Cõis opinio ſequenda in iudicando & conſulendo.
42 *Interpretationes argutijs peruertunt omnia.*

NEQVE contẽtus Alciatus aliquot
tantùm iuriſconſultos, qui reſponſa
ediderũt, notaſſe, conatur etiam ge
neraliter oẽs vno faſce colligere, &
inter irridendos, & quod peius eſt
inter callidos, & improbè aſtutos cõ
1 ijcere. † ſed primùm inuehit & contra Decium, ꝙ ip
ſe in ſubſcriptionib. non affirmet ita iuris eſſe, ſed ſu
ſpenſus, & titubãs ſcribat interdũ. ꝙ ea ſcripſit; vt me
lius veritatẽ inueſtigandi locus pſtaret, vt ipſe Deci.
cõſi. 171. in primis verbis, & in vltimis, ſcripſit qua-
ſi ꝙ voluerit ſe callidè excuſare Decius, ꝙ non firma
uerit ea q̃ dicit ibi, q̃ falſa eſſe nouerat, ſed tñ mo-
uerit dubitationẽ, vt veritatis idagationi locus dẽt.
2 Certè † neſcio, an Alciatus (ſiue Picus is fuerit)
bona fide ſit expiſcatus vnicum hoc tantùm reſpon

ſum Decij ex ſeptingentis, quæ edidic, in quo ea verba reperiuntur ſcripta. ſed dum ex hoc notam infligere Decio intendunt, puto eos potius nomen integri conſultoris, & modeſti dediſſe Decio: in eo etenim conſilio reſpondet quibuſdam dubijs per quendam Reuerendum & clariſſimum Vicarium (vt ipſe ſcribit in principio illius conſilij) excitata, cui reuerentiam non modicam præſtabat, vt ex eius dictis colligitur. ideo modeſtia vtens non vult damnare acrioribus verbis dubia ipſa, ne perſonam Vicarij offendat, ſed vt modeſtia ſua apud eum gratiam impetret, dicit ſe ea ſcripſiſſe, non vt reprehenderet dubia excitata, ſed vt daretur locus cogi-
3 tandi. Sunt † enim quidam iudices tam contumacis ingenij, vt ſi ſe reprehendi acrius à quoquã quantumuis clariſſimo viro ſentiant, naſum moueant, & facilè contra eum inclinent, cuius forte naturæ nouerat, vel timebat Decius eſſe Vicarium illum Reuerendum ne ergo cauſæ monialium, pro quibus rñdet, officeret, voluit modeſtiſſimè loqui.

4 Quod † autem his verbis voluerit ſe excuſare, quòd ea, quæ in eo reſponſo ſcripſit, non ex animo ſcripſerit, neque quòd ita de iure vera omnia eſſe putaret, ſed tantùm dubitationis excitandæ gratia, hoc quidem calumnioſè dictum videtur. nam vbique in eo conſilio aſſertiuè affirmat, ſe veriſſimas tenere rationes, quas ibi ipſe adducit, vt legi poteſt in 2. col. ſub nu. 1. cir. fi. dum ſic ſcribit. & iſtud eſt clariſſimum fundamentum, per quod tolluntur omnia, quæ in contrarium allegari poſſunt; & col. 3. nu. 3. verſi. 3. conſiderãdum, ſic etiam ſcriptum reliquit, & iſta videtur etiam clara reſponſio, & in contrarium nil allegatur, quod habeat obſtare, vt etiam in verſi 4. & vlt. inquit. iſta etiam reſponſio concludens videtur, & in contrarium nil obſtare vr̃, & in nu. 6. in princ. inquit etiam apertè, quòd rationes proculdubio in contrarium adductæ per illum Reuerend. Vicarium ſunt fragiles. & paulò infra inquit, & ex omnibus ſupradictis concludendum eſt, quòd neque iure communi, neq; ſecundùm tenorem inueſtituræ in ipſa emphiteuſi eccleſiaſtica veniant extranei hæredes: & demum dicit affirmatiuè reſoluta fuiſſe omnia, quæ ille Reuerendus Vicarius dixerat in dubijs per eum motis, & in vltimis verbis ſe ea ſcripſiſſe dicit ad laudem Dei omnipotentis.

5 Quomodo † ergo poſſunt negare Picus, & Alciatus, quòd in eo reſponſo Decius indicauerit, ſe non habere pro veris ea, quæ ſcripſit, cum toties tam efficacib. verbis affirmet rationes ſuas eſſe veriſſimas, & per eas tolli prorſus omnia ſcripta per illum Reuerend. patrem: cum & demũ inuocet teſtem Deum omnipotentem, quòd omnia dixit ad laudem eius; & licèt dixerit ſe ſcripſiſſe ea, vt ad inueſtigandam veritatem occaſio daretur, id non poteſt arguere titubationem Decij, an vera fuerint per ſe dicta, ſed verbis illis voluit excitare iudicem, vt diligentia vteretur ad inueſtigandam veritatem, neque inniteretur prudentiæ ſuæ, iuxta c. ne innitaris. de conſtitu. non ergo excuſatio Decij tendit ad hoc, vt ſibi venia detur, ſi malè conſuluit, ſed vt veniam daret iu-
6 dex ille, ſi contra eius ſcripta ſentiebat, † ſed demus, quòd etiam ſe excuſauerit, quòd aliqua ſcripſerit minus vera ea mente, vt daretur occaſio indagandi veritatem, hoc nullũ vitium Decij arguere poteſt, quinimo ſi ea mente ea ſcripſiſſet, indicaſſet ingenuitatem animi ſui.

7 Qui † cum vidiſſet argumẽta ſua non ita clarè de iure ſubſiſtere, & aliquantiſper de eis dubitaret, voluiſſet monere iudicem, vt diligẽter ponderaret omnia per ſe dicta, num veritati conſona forent, quod præcipuum eſt iudicis munus. videtur ergo Picus calumnioſè nimium captaſſe Decium in illis verbis ſelectis ex tot conſiliorum ipſius cẽturijs, cum ex illis nullo modo poſſit argui mala mẽs, & mala cõſciẽtia Decij, tãetſi prer eorũ clarum ſenſum cõtorquerent.

8 Sugillato Decio tranſit ad Sanazarium, vt ipſe vocat, quem credo fuiſſe Io. Franc. Ripam de S. Nazario egregium quidem, & præſtantiſſimum iuriſconſultum: hunc, dicit, ne clientem abſque reſponſo dimitteret, aliquid ex facti ſpecie mutare ſolitum, ſatiſque habere, ſi conſilium ſuum rectè ſecundùm ius procederet, neq; curaſſe, quòd propter facti mutationem nihil clienti prodeſſet.

9 Fateor † ego, me nil habere, quòd huic obiectioni reſpondeam, niſi quòd, ſi vera ſunt, quæ de hoc viro ſcribit Alciatus, perfidus erat Sanazarius, & ſacroſancto nomine iuriſconſulti indignus, neque putarem aliquid interfuiſſe inter eum, & latronem publicum. quid enim eſt aliud fallere conſultãtem, quàm inopem conſilij, & ad ipſius fidem confugientem iugulare perfide? Abſit autem, vt ego hæc credam de tam inſigni viro, & benemerito de noſtra hac iuriſprudentia, qui in interpretationibus ingenio plurimùm valuit, & in reſponſis iudicio, & prudentia celebre nomen ſibi comparauit: vidi ego aliquot eius reſponſa, vt ſtudiorum dedit occaſio, quæ mihi certè vidẽtur redolere profundam eruditionem, ac bonam mentem. atque cum nullum afferatur teſtimonium eius perfidiæ, non eſt mihi tanti autoritas Pici, vt eius dicto, præſertim extra profeſſionem legalem temerè effuſo in præiudicium inclitæ famæ, & celebris nominis Ripę credere velim, pręcipuè cum nunquam id à quopiam de Sanazario dici audiuerim: aut legerim.

10 Et † quòd calumnioſam putem hanc notam, hoc etiam me maximè mouet, quòd videam reſpõſis Ripæ præpoſitas ſemper facti ſpecies, ſiue argumenta, quæ falſa confixiſſe non eſt veroſimile, cum ipſo primo introitu falſitas, & ſuppoſitum factum facilè & à clientibus, & à iudicibus, & ab aduocatis, qui ſcripturas legiſſent, detegi potuiſſet. qui enim falſa cõmentantur, falſitatem non obijciunt oculis, ſed cœlant: & prætetea potuit ſemel, aut bis talem fucum facere, ſed ſi in eodẽ vitio ſæpius perſeueraſſet, ab omnibus fuiſſet derelictus, neque vlla poſtea reſpondendi fuiſſet ei à quopiam data occaſio: ſed ab omnibus tanquam degener iuriſconſultus exploſus fuiſſet, cum tamen ſemper integrum ſibi nomen probitatis conſeruauerit; quin & ipſemet Alciatus in l. 1. ff. de vulg. & pupil. appellat Ripam ſummum iuriſconſultum, vt eum refert Zanchus in repet. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. nu. 881. in impreſſione antiqua, & noua in 8. parte nu. 61. de quo etiam ſic cecinit quidam.

Iudicium, ingenium, conſumatiq; labores.
Hunc magnum ſeclis omnibus efficient.

11 Sed † nec dum etiam finis contumeliarum Pici: in reſpondentes de iure, tanto pruritu maledicendi angebatur: dicit enim, quòd Caſtrenſis & Lapus de Caſtilioneo in cõſilijs multa à iure deuia ſcripſerũt, quæ ipſi non cõſilia, ſed allegationes aſtutè appellarunt, vt ſe excuſarent, ſi in illis aliquid reperiretur, quod non conueniret authoritati reſponſorum.

12 Sed † quæram ego à Pico, an ſcirent hi clariſſimi viri ſcriptis illis à iure ſe declinaſſe, an non, ſi neſciebant (quod de tantis viris non eſt credibile) bona ergo fide ediderunt, credentes omnia eſſe conformia iuri; quòd ſi errarent, condonandum fragilitati humanæ. verùm ſi ſcientes, & prudentes malè conſuluerunt, maxima certè fuit imprudentia eorum, qui falſis allegationibus quæſierunt

tibi

ſibi nomen parare . Sed & bardi fuerunt , & in-
docti poſteriores iuriſconſulti , qui admirati ſunt
& conſilia Pauli Caſtrenſis , & allegationes Lapi ,
atque in ſummo authoritatis gradu repoſuerunt. de
Caſtrenſis authoritate (qui reſponſa , & conſilia ,
non allegationes nuncupauit ſcripta ſua, licèt vnum ,
vel alterum nomine allegationum vocauerit , ſatis
ſupradictum fuit) nunc Lapus defendendus.
13 . Hic † tametſi reſponſa ſua allegationes vocaue-
rit, conſtat tamen, quòd reſponſa etiam vocari po-
terant, vt videri poteſt ex ſubſcriptione eiuſdem al-
lega. 56. 61. & 63. & alijs : & certè non video quid
differant allegationes à reſponſis, niſi quòd illæ à
patronis cauſarum, hæc ab alijs , qui non ſunt pa-
troni dantur, vtraque tamen ſcripta ſunt iuriſcon-
ſultorum , & eandem habent authoritatem . & li-
cèt videatur maior licentia patronorum, qui ex
profeſſo ſuſceperunt aliquam partem defenden-
dam , quàm reſpondentium, quibus liberum eſt
reſpondere vel non , & ad eos tamquam ad iudi-
cea recurritur , & ab eis petitur conſilium , & iu-
dicium , an putent cauſam ſuam de iure probabi-
lem : attamen & patroni cauſarum peccant , ſi fal-
ſa , & à iure deuia ſcribant in allegationibus . qui-
14 nimo † tenentur iurare ſacroſanctis Euangelijs ta-
ctis , quòd omni quidem vi , omnique ope , quod
verum eſſe, & iuſtum exiſtimauerint, clientibus ſuis
inſerre procurabunt. nihil ſtudij relinquentes, quod
ſibi poſſibile ſit, non autem credita ſibi cauſa, & co-
gnita, quod improba ſit, vel penitus deſperata, & ex
mendacibus allegationibus compoſita ipſi ſcien-
tes , prudentesque mala conſcientia liti patrocina-
buntur. cuius iuramenti concepta hæc ipſa verba re
citat Iuſtinianus Imperator ſcribens ad Iulianũ præ
fectum, in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi.
15 Sed † vt quid cæteri aduocati faciant (quod no-
ſtri non eſt inſtituti) omittamus . de Lapo certè nil
eſt mali, quod ſuſpicemur: fuit enim aduocatus con
ſiſtorialis, & maximæ authoritatis, vt ſcribit Roma.
ſingulari. 40. incip. an habens. & ex decem celeber-
rimorum iuriſconſultorum cœtu ſeliguntur decem
tantùm aduocati conſiſtoriales , qui cauſas graues
16 tantùm tractant, † & ideo conſiſtoriales cauſę vocan
tur, prout apud Romanos centumuirales cauſæ ap-
pellabantur grauiſſimæ, quæ centum virorum iudi-
cio terminabantur . ſic & iſtæ dicuntur conſiſtoria-
les , quòd in ſacro conſiſtorio Pontificis, & Cardi-
nalium diſputentur : coram quibus nulli licèt cau-
ſas tueri, niſi qui à Summo Pontifice in hoc decem-
uirale collegium fuiſſet cooptatus ; facto prius do-
ctrinæ eius publico , & ſolemni periculo, & cognita
eorum doctrina, vitæ , & morum innocentia, & re-
ligione, cui etiam ordini multa ſunt ob eius grauem
authoritatem & à ſummis Pontificibus , & Impera-
toribus elargita priuilegia , non igitur credendum
eſt, Lapum allegationibus ſuis, quæ in ſacro illo Se-
natu vel dicendæ, vel legendæ forent, voluerit cauſę
ſuæ inſeruiens falſas , aut à iure deuias allegationes
ſcribere, illasque publicare: fuiſſet enim id abuti gra
uitate, & ſanctitate tanti ſenatus.
17 . Hic † inſuper tantæ fuit exiſtimationis , vt fuerit
vnus ex compilatoribus 6. lib. decretal. vt refert Af-
flict. in conſtitu. regni, incip. multæ leges. ſub Rubri-
ca de crimi. ſacrileg. nu. 6. circ. princi. finis, & ideo il
luſtris. doctor vocatur à Socino conſi. 128. nu. 6. in
4. & Roma. conſi. 226. nu. 6. dicit, quòd in illo caſu
ſatis abſurdum putat ab authoritate Lapi recedere
in iudicando. & refert Lamberti. in tracta. de iure pa
tro. artic. 9. quæſt. j. par. 2. lib. 2. poſt nume. 26. in fi.
quòd credendum eſt Lapo , ſicut gloſſæ , & allega-
tiones eius tantæ fuerunt authoritatis, vt ad eas An
ton. de Butri. tantus iuriſconſultus non dedignatus
fuerit additiones facere, prout fecit Alexan. ad Bar-
to. vt colligitur ex fine pri. allega. & alle. 7. nu. 6. & a-
libi. & atteſtatur Fely. in c. conſtitutus. nu. 10. de re-
ſcri. idem fecit & Dominicus de S. Gem. qui celeber
rimus fuit iuriſconſultus, & iſta, & alia de Lapo ad-
ducit Mandoſi. in pręfatione ſua ad dictas allegatio
nes . ſi ergo auſi fuerunt Picus , & Alciatus obloqui
de his allegationibus, & de viro tantæ exiſtimatio-
nis apud omnes antiquos, nõ miror ſi ab alijs etiam
ſe non temperauerint .
Inuectiuam autem ſuam claudens Picus; vniuer-
ſos, qui de iure reſponderunt, & præſertim quos ex
preſsè nominauit, comprehendens, inquit, equidem
mihi videntur iſti vetus exemplum declamatorum
in vſum reuocaſſe, qui aſſidentes cum pueris contro
uerſiarum argumẽta tractabant, & quidquid in mẽ-
tẽ eis venerat, adducebãt rationes, veras falſis com
miſcebant, nec quibus quodque argumentum caſi-
bus procederet, diſtinguebant : cum tamen veteres
iuriſconſulti iugulum cauſæ appetebant , & cum in
omni controuerſia vna dumtaxat ſit ratio, quæ eam
finiat, ſatis habebant, ſi eam adducerẽt, cæteras ceu
minus neceſſarias ſophiſtis , atque iſtis declamato-
ribus relinquebant , at iſti iam omnia confuderunt,
laberintisque implicarunt .
18 His † vt reſpondeam , multa occurrunt , ſed quia
ſatis abundè ſupra oſtendi calumnias iſtas verè va-
nas, & ſophiſticas eſſe, ideo lubens, & conſultò præ
teribo multa non neceſſaria, hoc tamẽ vnum dicam,
mirum videri, quòd Picus (ſi vera ſunt, quæ Alciatus
ei aſcribit) tanto maledicendi pruritu æſtuarit, vt ne
mini pepercerit, neq; vel vnum exemerit, omnes mo
dò bardos , modò inſanos , modò craſſioris Miner-
uæ, modò malè reſpondentes, modò auaros, ambi-
tioſos, & prauos in reſpondendo, modò pueros ap-
19 pellando, vt his poſterioribus verbis facit, † adeo vt
mihi videatur, perſonam Tit. Labieni induiſſe, qui
cum omnes paſſim nullo facto delectu carperet, mu
tata prima litera, Rabienus eſt dictus, quaſi rabie, &
furore ageretur , adeo vt publico decreto omnes e-
ius libri igne damnati fuerint, vt ſcribit in ſexto con
trouerſiarum Seneca, & Sueto. in Caligula. c. 16.
20 Quos † autem voluerit conferre declamatores
pueris aſſidentes , fateor me ignorare, cum hoc nun
quam legerim , quòd ſi verè mos ille fuit antiquis ,
neſcio ad quid aſſiderent pueris declamatores illi ;
nam ſi aſſidebant , vt pueros docerent, malè docere
poterant, ſi bona cum malis rationibus confuſas ſuſ
21 que deque miſcebant. † videtur ergo mihi (vt verum
fatear) Picus vel picam loquaciſſimam, & petulatiſ-
ſimam omnium auium referre, vel picæ morbo labo
raſſe , quæ prægnantium morbus eſt , & diſſoluti, &
cuncta faſtidientis, & abhorrentis ſtomachi languo
rem inducit. talis mihi videtur hic Picus furore præ
gnans faſtidiens omnes, atque ideo ſtomachiſſimus
omnium fuiſſe.
22 Quòd autem Picus aſſeuerat, noſtros in reſpon-
ſis inutilia, & ſuperflua inculcare, antiquos verò iu-
riſconſultos vti vna tantùm ratione ſolitos ; quia
vna tantùm eſt ratio, quæ finem liti imponit in qua-
libet controuerſia . a vero certè etiam hoc aber-
rat ; nam iuriſconſulti antiqui vel ſimpliciter re-
ferebant opinionem ſuam , quæ legis habebat
authoritatem , vel vnius , vel plurium iuriſconſul-
torum citababant decreta nulla addita ratione , vel ſi
rationes aliquando adducebant , non modò vnam
reddebant , vt aſſerit Picus, ſed plures , vt paſſim le-
23 gi poteſt in pandectis , † aliàs vana fuiſſet , & fru-
ſtratoria illa regula ſumpta ex gloſſ. in l. quamuis.
C. de fideicom. quæ apud omnes interpretes milies

 allega-

allegatur, quòd vbi vnica ratio aſſignari poteſt, illa habetur pro expreſſa.

24 Item † illa, quòd ſi dubitetur, an vnica ſit ratio legis, vel plures præſumuntur, qui vnicam eſſe dicit, id probare debet, vt docuit Salyce. in l. ſi ſerui. C. de noxal. & Soci. iun. conſil. j. nu. 53. in prin.

25 † Item & illa, quòd ſi ſint plures rationes legis, vna ceſſante non ceſſat diſpoſitio legis. §. affinitatis. inſtitu. de nup. Iaſ. in l. more. nume. 18. ff. de acquiren. hæredi. & Deci. in l. j. num. 14. & 18. C. de eden. & alij infiniti, quos ex profeſſo prætereo, cum omnibus notiſſima ſint loca.

26 Non † negarim tamen antiquos maiori breuitate vſos fuiſſe in reſpondendo, quàm noſtri vtantur, ſed ratio temporum diſtinguit antiquos à noſtris. antiqui enim eam habebant authoritatem: vt ab eorum reſponſis recedere non liceret, vt ſæpè ſupra dictum fuit, ideo ſatis erat illis dicere, ſic ſentio, nulla addita ratione, cum ipſas rationes perpendendi iudici non daretur occaſio, qui omnino reſpondentis ſententiam ſequi cogebatur: noſtri verò talem authoritatem non habent, ideo nimirum ſi multis rationibus, multiſque authoritatibus indigent, quibus poſſint iudici, quòd ſentiunt, perſuadere, cum hodie reſpondentium opiniones ſint probabiles, non neceſſariæ, vt antiquorum, conferre ergo in hoc antiquos iuriſconſultos recentioribus, nil aliud eſt, quàm ſeruos Dominis æquare: quòd ſi & hodie talem haberent authoritatem, certè ſufficeret explicatio ſententiæ reſpondentis, cu-

27 ius voluntas pro ratione haberetur, † & ideo videmus, quòd iudices in proferendo ſententiam ſuam, cui omnino à litigatoribus parendum eſt, non ſolent rationes ſuæ ſententiæ adducere, quòd ſcilicet eorum authoritas, & poteſtas pro ratione ſufficit. vt per gloſſ. in l. 2. §. ignominia. C. de infami. c. ſicut. & c. cum Bertoldus. de re iudi. & per Imol. in l. ſi is, ad quem. ff. de acquiren. hæredi. cum igitur nulla ſit proportio inter antiquos, & noſtros iuriſconſultos, apertè conſtat cauillari Picum, quin potius calumniari.

28 Nam † vbi committitur etiam noſtris temporibus ex forma ſtatutorum aliqua cauſa conſilio alicuius iuriſprudentis, ſecundùm cuius reſponſum iudicare tenentur iudices, non vtuntur iuriſconſulti in reddendis reſponſis prolixitate, neque multis vtuntur rationibus; quia ſciunt ſuperfluum eſſe, cum ſolæ eorum fidei, atque doctrinæ, & authoritati ſit credita cauſa ipſa, vt ſcribit Anto. de But. in c. veſtra. de coha. clerico. & mul. nu. 23. & Abb. conſi. 71. nu. j. in 7. & Fely. in c. ſicut. de re iudi. num. 23. & ante omnes Specul. in titu. de requiſi. conſil. §. j. verſicu. porrò. & ideo Paul. Caſtren. in conſil. 434. in fi. in 2. dicit, ſufficit mihi allegare. l. Gallus, §. j. de lib. & poſt. quia in reliquis ſufficit authoritas mea.

29 Accedat † quòd iuriſconſulti antiqui raro reſpondebant contrarijs, ſed tantùm vnico verbo ſuam explicabant ſententiam, plerunque ſine authoritate, ſine ratione, & ſine lege, tametſi longa propoſita fuiſſet quæſtio, ac facti ſpecies: vt in l. codicillis. in fi. ff. de anu. lega. dum ad longam facti quæſtionem propoſitam reſpondit iuriſconſultus, bis dumtaxat duobus verbis, reſpondi competere. & in l. annua. in princi. eo. titu. ſimiliter dicitur, reſpondi deberi. & in l. liberto. §. filium. eo. titu. inquit. reſpondi debere. & in l. pen. §. pen. ff. de leg. 3. reſpondi danda. & ante in ea l. §. pen. reſpondi poſſe. & in l. Lucius Titius. §. Semproniæ. reſpondi pertinere. & in §. vlti. ea. l. reſpondi deberi. & in mille alijs locis idem reperies.

30 Quòd † ſi noſtris temporibus iuriſprudentes in reſponſis ſuis vterentur hoc conciſo loquendi modo, quis non irrideret eorum arrogantiam, qui tantum ſibi tribuerent, vt ſufficeret dicere, quod de Pitagora dicebant, ipſe dixit.

Et † quis ferret hodie conſultorem, ſi interrogatus quid iudicandum, ſi quis fundum legauerit, vt optimus maximuſque eſt, an & fœnum, & pabulum, & palea, & quæ in cellis fixa ſunt, & granaria eo legato comprehendantur, ſic reſponderet, non rectè peti, quod legatum non eſſet, prout reſpondit Sceuola d. l. Lucius. §. pen. ff. de leg. 3. vel ſi conſultor interrogatus, ſi quis promiſerit ſe daturum, quidquid patrem ſuum Meuio debere conſtitiſſet, an poſſit agi contra hæredem promittẽtis, vel alium ſucceſſorem; ſi de debito conſtitiſſet, his verbis reſpondeat. ſi conditio non extitiſſet, ſtipulationem non eſſe commiſſam, vt reſpondit Sceuola in l. qui Romæ. §. Augerins. ff. de verb. oblig. nam quis tam ſtupidus eſt, qui neſciat, quòd deficiente conditione, deficiat ſtipulatio conditionalis? vel etiam ſi interrogatus de aliqua quæſtione reſponderet, ſic abſolutè, non poſſe reſponderi. & ſi interrogatus, an legatis fundis, ita vt ſunt inſtructi, cum ſuis ſalictis, & ſiluis, an ſiluæ, quæ adiacebant alijs agellis, vnà cum ipſis emptis, & ſine quibus fundi coli non poſſent, cederent legato, ſic reſponderet, id tantùm cedere legato, quod verbis comprehendiſſet. vel ſi interrogatus, an vxor grauida, & repudiata à marito eo abſente enixa, profeſſa fuerit filium à ſe editum, ſpurium eſſe, an poſſit ſuccedere, ſic reſpondeat, veritati locum ſuper fore. vt reſpondetur in l. Imperatores. §. mulier. de pro. ſi inquam hodie his, & ſimilibus, quę ſexcenta reperientur in pandectis, reſpondendi formulis vteretur, interrogatus de iure. quis ſic rñdentem ferre poſſet? certè nullus.

31 Inſeruiendum † ergo eſt tempori, vt breuitate vtamur cum peritis in iure, at cum, vt plerunque contingit, imperitis ſcribimus, certè diligentia maiori vtendum eſt, & verbis pluribus, ne conſulentes fiant nimia breuitate obſcuri, & iuxta illud Poetæ.

Breuis eſſe laboro, obſcurus fio.

quod etiam probatur in l. ita fidei. ff. de iure Fiſci. & Bart. tradit, & poſt eum Bald. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. & eſt glo. in proœ. ff. in §. pen. in verſicu. compendium. & in l. teſtamentum. C. de teſtamen. & per Deci. in l. j. nu. 4. de regu. iur. tum etiam vt perſuadeat iudici pluribus, quod vna ratione fortè non poſſet.

32 Sunt † enim aliqua tam abſurda iudicantium ingenia, vt cum grauioribus argumentis non moueantur, humilioribus plenè perſuadeantur. ſunt & aliqui iudicantium ingenio tam fœcundo, vt plurima ſeſe iudicio eorum confertim offerant, adeò vt tam multa paucis complecti non poſſint, quòd ſcilicet omnia æquè reſpondeant eorum genio. & præterea cum reſpondentibus notæ non ſint ingeniorum iudicantium ſpecies, ne deſint officio, neceſſe habẽt & elaboratas, & craſſas adducere rationes, vt ſi primæ non placeãt; quia non capiantur, aliæ ſuccedãt, quæ licèt leuiores ſint, magis tamen fortè manebũt.

33 Breuitas † enim ſecundùm Plato. in dialogo ciuili, ſiue de regno, eatenus amanda, quatenus intelligentiam, & perſuaſionem quoquo modo non impediat. nam alioqui prolixitas non ſolùm amanda, ſed & apetenda eſt, ſi quid conferat ad ſuaſionem, & intelligentiam. non eſt enim propter compendium faciendum diſpendium: vt ſcribit Andr. Sicul. in c. poſtulaſti. col. 6. de foro compe. neque poteſt dici multiloquium, quod profertur ad tollendas ſophiſti-

cas

cas dubitationes, præſertim ſimplicium, & imperitorum iudicum. l. vlti. C. de indic. vidui. tollen. & ſcribit Deci. in cap. ſignificantibus. de appella. & conſi. 113. col. 2. quòd eſt quædam præuaricatio omittere dicenda, ſed & præuaricatio eſt curſim, & breuiter attingere, quæ ſunt inculcanda, infigenda, & repetenda; vt inquit Plin. Cecil. nam ſunt quædam rationes, & argumenta, quibus ſi pluribus verbis incumbas, altiùs infiguntur animo, ſicut & ferrum, ſi diutius prematur, altiùs infigitur corpori, vt Demoſthenem ferunt dicere ſolitum.

His ergo de cauſis, & quidē probabilibus coguntur conſultores noſtri ſeculi longiores eſſe in reſpōſis, quàm erant antiqui, non enim conſulēti laborandum eſt, vt parum, ſed ne nimium multùm ſcribat.

34 Quibus † accedant & iſta; quia licèt antiquorum reſponſa in legibus habeamus breuia, non tamen putarim omnia congeſta fuiſſe per Tribonianum, & alios digeſtorum compilatores, quæ ipſi iuriſconſulti in reſponſis ſuis ſcripſerant, ſed multa præcidiſſe, & mutilaſſe tamquam ſuperflua, cum ad conſtituendam legem (quod tunc erat eorum dumtaxat inſtitutum) ſufficeret concluſio ipſius reſponſi: cum tamen hodie reſponſa non habeātur pro lege, ſed ſint opiniones probabiles reſpondentium, quæ ſi plurium idem ſentientium authoritate deſtituantur, viles ſunt, & contemnuntur.

35 Quinimo † monentur de iure reſpondētes, vt plures adducant in ſuis conſilijs authoritates idem ſentientium; vt monet And. Sicul. in c. cum contingat. de foro comp. nu. 28. quem ſequitur Boer. dec. 170. nu. 2. in ſi. tametſi & antiquis hic erat mos, vt eorum ſententias aliorum opinionibus comprobarent, vt paſſim legitur in pandectis, dum ſcribitur. ſic Paulo, ſic Iauoleno, ſic Trebatio, ſic Labeoni placuit. & idem reſpondit Neratius, idem Aufidius, idem Nerua, & multa ſimilia leguntur.

36 Addo † quòd antiqui non cogebantur contraria ſingula diligēter excutere, cum pro lege reciperetur cuiuſque prudentis reſponſum, at noſtri neceſſe habent vel minima, quæ negocium ſententiæ ſuæ facere poſſunt, perpendere, & diligenter diluere, ne fortè iudex in aliquod argumētum ab eius aduerſario deductum impingat, quod licèt leue ſit, poſſit tamē mentem iudicis non ſatis in iure firmatam perturbare. & ideo cogitur omnia, quæ menti occurrunt, aduerſario inſeruientia explicare, & diligenter ſoluere, ne ſuſpicetur iudex, ꝙ illam rationem non neglexerit vti parum concludentem, ſed euitarit vti nimium vrgentem. Scimus enim illud Ariſtot. dictum, potentes dubitare, facilè ſoluere. de quo Bald. in l. ſi tutores. C. de compenſa. & illud etiam nouimus, ꝙ ex collatione contrariorum faciliùs eluceſcit veritas: vt per Saly. in l. ſingularia. ff. ſi cert. peta. in 3. col. verſi. tertia quoque ratio. & in l. cum rationibus. C. qui accuſa. non poſſ. & veritas quò diligentiùs exagitatur, eò magis ſplendeſcit, ſicut aromata trita maiorem teddunt odorem. c. grauem. 35. q. 9. glo. antepen. in c. cum Ioannes Heremita. de fide inſtru. & ſolebat dicere Bald. quòd viam ferro aperit, qui per contraria tranſit, vt ipſe ſcribit in l. præcibus. C de impub. col. 5. verſi. modò contra. & in l. ſi pecuniam. ff. de cond. ob cau. & inquit Philoſo. in 3. Metaphiſi. quòd veritatem inquirentes ſine dubitatione, ſimiles ſunt neſcientibus, quò vadant. & idem 7. Ethico. ſcribit, non ſufficere, verum dicere, niſi etiam cauſa falſitatis contrarij aſſignetur. & idem j. Topic. inquit, quòd potentes dubitare in ſingulis, ſpeculabimur verū, & falſum. & idem ſcripſit in prædicamento relationis, quòd dubitare de ſingulis, non eſt inutile. vt refert gloſſ. in l. 3. C. de ſumma trinita. & Barto. in proœ. ff. §. & antea. & Hierony. in libr. contra Pelegianos ſcribit. quòd ſchola Socraticorum conſueuerat adducere omnia, quæ dici poſſent ab vtraque parte, vt magis perſpicua redderetur veritas.

37 Authoritates † autem coguntur allegare recentiores noſtri; quia pro poteſtate, & authoritate, quam habebant antiqui: noſtri vindicarunt ſibi authoritatem communis opinionis, à qua in iudicando, & conſulendo recedere nefas eſſe dicunt: vt omnes ſcribunt in l. j. ff. ſi cert. petat. & cap. j. de conſtitutio. & ideo multum laboris impendunt reſpondentes de iure, vt omnium iuriſprudentum ſcripta excutiant, & communem eliciant opinionem, vt cum fiducia illam communem eſſe profiteri valeant. nam & antiqui fugiebant ſingulares opiniones, & communes ſequebantur: vt Saturninus in l. j. de ſenator. in fin. reprehendens opinionem quorundam, inquit, eorum opinionem neque vnquam relatam, neque receptam fuiſſe. & ideo in l. j. ſub titu. de reſponſis prudentum in C. Theodoſiano ſic ſcriptum legitur. poſt enumerationem eorum iuriſprudentum, quorum authoritas ſequenda eſt à Theodoſio, & Valentiniano. A. A. vbi autem diuerſæ ſententiæ præfatorum iuriſprudentum proferentur, potius numerus vincat authorum, vel ſi numerus æqualis ſit, eius partis præcedat autoritas, in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat, qui vt vincet ſingulos, ita cedet duobus.

38 Licèt † autem Iuſtinianus in l. 1. §. ſed nec ex multitudine C. de veter. iur. enucler. ſcribens ad Tribonianum, & collegas compilatores pandectarum videatur legem prædictam Theodoſij corrigere, dum inquit. Sed neque ex multitudine authorum, quod melius, & æquius eſt iudicatote; cum poſſit vnius fortè deterioris ſententia, & multos, & maiores aliqua ex parte ſuperare. & quæ ſequuntur. attamen id voluit Iuſtinianus: quia nolens antinomiam aliquam in pandectis reperiri, multùm fidebat iudicio Triboniani, & collegarum, qui eam, quæ ſibi inter varias iuriſprudentum ſententias melior videretur opinio, pandectis inſcriberent ſelectam, & ideo pro vera haberetur. non ergo poſt id tempus ſequenda fuit communis opinio, ſed tenendum id, quod iuſtius viſum erat compilatoribus, cum ea in re vicem Imperatoris ſibi demandatam tenerent, qui nullis legibus, aut communibus opinionibus ligatur, ſed quod ei placuit, legis habet vigorem, & omnia dici voluit ſua Iuſtinianus, quibus authoritatem ſuam impartitus erat, vt idem ſcribit in l. 2. §. omnia. C. de veter. iur. enucle. donec ergo ſeruatæ ſunt leges illæ Romanæ, nouæ cœperunt ob varietatem temporum exoriri factorum ſpecies, nō indigebant illa ſecula communi opinione, vt pote quæ erant vicina temporibus, quibus pandectæ ſunt compilatæ. at poſtquam cōmutatione, & variatione temporum oīa mutata ſunt, & cœpit noua fori forma apparere, & deperditę pādectę Dei clemētia emerſerūt, variæ ſuper ipſis legibus cœperunt excogitari interpretationes, cœperuntque inter ſe contendere interpretes, & varij varia ſentire. Quare iudici in medio fluctuum conſtituto opus fuit aliqua regula, quę tamquam Cynoſura iter ſuum dirigeret. ideo exemplo legis theodoſiæ præcitatæ receptū fuit, vt numerus iuriſprudentum in dubijs quęſtionibus maior vinceret minorem, atq; ideo id quaſi pro lege vſu fuit receptum; vt communis opinio in iudicijs pręualeret, & tutus eſſet iudex, qui eam ſequeretur.

39 Nam † & antiqui in emergentibus quæſtionibus

 vteban-

vtebantur plurium authoritate dicentes. ſic in libris Pub. Mutij, & ſex. Aely. commentarijs ſcriptum eſſe, vt teſtatur Tul. li. j. de orat. & idem ſcribens ad Trebatium iuriſconſultum lib. 7. epi. inquit. quemadmodum vos ſcribere ſoletis in veſtris libris, idē Q. Cornelio videbatur. & eod. lib. 7. ad eundem Trebatium ſcribēs defendit ſe, quòd cum propoſita fuiſſet quæſtio in conuiuio, poſſet ne hæres pro furto defuncto facto, furti agere. & Tul. putaret poſſe, contra Trebatius diceret neminem ſenſiſſe. Tul. ſic inquit. ideo & ſi domum bene potus, ſeroque redijſſem, tamen id caput, vbi hæc cōtrouerſia eſt, notaui, & deſcriptum tibi miſi, vt ſcires id, quod tu neminem ſenſiſſe diceres. ſex. Aelium, M. Manlium, & M. Brutum ſenſiſſe.

40 Has † autem communes opiniones in ſcholis neglectas, & contemptas eſſe, in iudicijs verò celebratas, & excultas, & maximè à reſpondētibus de iure, & ſumma in veneratione habitas eſſe, nemo eſt, qui neſciat. vt enim quiſque cathedram aſcendit, vel etiam ſi leui ſit ingenio, non putat, ſe eo ſuggeſtu dignum, ſi aliquando communes opiniones nouis argumentis, & argutijs tametſi ſophiſticis non conuellat, & laceret. quare ſi iudex ex interpretationib. ſumere deberet, quid indicando ſequeretur, in incerto ſemper ſibi vagandum eſſet, cum & cōtrariæ ſemper, & variæ in illis appareant ſententię, & ex profeſſo acutæ nimium, & ſubtiles.

41 Quare † neceſſe fuit conſultori, & iudici communes potius ſequi opiniones, quàm capitoſas ſingulorum ſententias, cum multitudo in idem conſentientium erroris omnem ſuſpicionem tollat. & ideo receptum eſt, quòd licèt iudex malè iudicās puniatur, tot. tit. C. de pœna iudi. qui malè iudicauit, excuſatur tamen, ſi communem eſt ſequutus opinionem etiam malè conſulēdo: vt ſcribit Abb. in c. j. nu. 4. de poſtulatio. præla. & in c. j. vbi etiam omnes de conſtitu. & Paris de Pute. in tracta. de ſindica. in verſi. iudicare. c. 3. incip. an ſi iudex, qui dedit. nu. 2. cōtra, ſi iudex etiam benè iudicauerit, contra tamen opinionem communem, facit litem ſuam; vt ſcripſit Bal. in l. vlt. cir. ſi. nu. 5. de pœna iudi. nam videmus, quòd nedum in iure, ſed etiam in facto communis error facit ius, & excuſat l. ſi quis patremfamilias. vbi Bar. & alij. ff. ad Maced. & omnes ſcribentes in l. Barbarius. ff. de officio præt. & in dubio ea præſumitur verior ſententia, quæ à pluribus eſt recepta, vt per Panor. in c. prudentia. in 3. not. nu. 4 de officio delega. & ſequitur And. Sicul. conſi. j. nu. 47. in 3. & Alcia. ipſe in tracta. præſump. regula j. præſump. 51. nu. 2.

42 Ergo † & ex his, quæ dicta ſunt, argui poteſt, magis conducere legali diſciplinæ edi reſponſa, quàm edi hodie interpretationes, & commentarios. iſtæ enim totum ius perturbant argutijs ſuis, cum inter tot opinionum ſcopulos dubius valde ſit iudex, ne in captioſam impingens opinionem, naufragium faciat. reſponſa autem communes opiniones venantur, atque illis inhærent, eaſque iudicibus ſequendas exhibent, & interpretum controuerſias ſedant, cum iam receptum ſit communi opinioni acquieſcēdum, atque ideo conſcientiam iudicantium tutam reddunt, & litigantibus ſecuram, & certam viam oſtendunt. nam, vt inquit Ariſt. j. Ethic. illæ dumtaxat ſequendæ opiniones, quæ plurium, atque illuſtriorum virorum authoritate comprobantur.

BARBARIEM OBIECTAM NON TOLLERE VTILITATEM RESPONSORVM.

CAPVT XVI.

SVMMARIVM.

1 *Alexandrum agreditur impugnare in reſponſis Picus, & Alciatus.*
2 *Patellarij pij qui.*
3 *Iuriſconſultus non dicetur perfectus qui omnibus*
3 *muneribus Iuriſconſulti neſciat vti.*
4 *Ciclopis pugna cum Vliſſe.*
5 *Pica cum Hercule congrediens.*
Alexander ſolitus tenere communem.
6 *Alexander Tartaricus vocatur ab Alciato.*
Barbaries Iuriſconſultorum excuſatur.
7 *Conſulentes res ſectaue non verborum politiem.*
8 *Eloquentia non multùm confere reſpondentibus & ſequen.*
10 *Licet ornamentum afferat.*
Diſciplinæ aliæ non ſunt neceſſariæ conſulenti ſed bene ſunt ornamento. & nu. 11. & 12.
12 *Latinè loquebantur antiqui ab ortu eorum. quia hæc erat eis ſtatim natis familiaris.*
13 *Iudices antiqui periti linguæ latinæ,*
14 *Iudices hodie ferè omnes imperiti linguæ latinæ politioris, qua ſi reſpondentes vellent vti, vel non intelligerentur, vel negligerentur tanquam ſuſpecti.*
15 *Alciatus noluit edere conſilia, in quibus non vſus fuerat ea elegantia, qua in alijs eius ſcriptis vſus fuit. & nume. 16.*
17 *Picus in interpretationibus valde barbarus.*

POSTQVAM Picus varias euomuit calumnias in iureconſultos de iure reſpondentes, nemini parcens, videnſque dicta ſua nullam apud poſteros fidem habitura, cum nulla ratione hucuſque nixus fuerit, ſed tantùm irriſionibus, & iocoſis ſalibus ſit vſus, quinimo quòd reſponſa ipſa ſummo ſemper in honore habita ſunt, & habentur, tandem ſe ſe ipſum colligens ad arma; & ad seriò cum ipſis reſpondentibus confligendum præparat. atque his verbis (vt aſſerit Alciatus) prouocans Alexandrum Tartagnum
1 noſtrum vtitur. † non congrediar cum minutis iſtis, & (vt ait Plautus) patellarijs pijs, ſed tanquam Ciclops Homericus iſtorum Iouem nempè Alexandrum Tartaricum prouocabo & ſtatim in hoſtem magno impetu irruens, ac dura verba contorquens inquit. quòd poſtquàm euulgatis Alexādri conſilijs, illa comparaſſet, & maxima auiditate legiſſet, cęperunt ei diſplicere, & rationem aſſignat; quia videbat id illum agere, vt iudicem circumueniret. addit & aliam rationem, quòd ſcilicet communiter approbatæ ſentētiæ, quæ contra eum ſtabant, nō aduerteret, verùm cum ad lectionem ſecundi conſilij veniſſet, deprehendit Alexandrum vulgaribus quibuſdam dictis inniti, & punctum cauſæ, qui aduerſus eum erat, ne attingere quidem, ob quod ſtomachatus, reiecto de manibus libro, valeant (inquit) Alexander, conſilia hæc tua, ego longè plures, quas vocant, lecturas tuas facio, & hic finis dictorum Pici, qui (ut inquit Alciatus) videbatur plura dicturus, niſi ex auditorum vultu deprehendiſſet, ingrata eorum auribus eſſe, quæ de Alexandro narrabat, quòd eius authoritas ſacroſancta nullis videbatur ſubijci accuſationibus.

Putabam ego dum legiſſem primos verborum Pici terrificos bombos, & tam audacem ad pugnam prouocationem, vt eum ſicut Cyclops Homericus cum Ioue, ita ſe cum Alexandro conflicturum profiteretur,

fireretur, & validiſſimis viribus lætiferas haſtas in
eum coniecturus foret,& ideo miſerum Alexandrũ
multis confoſſum telis, ac minutè conciſum ſtatim
emoriturum eſſe timebam , maximaque miſeratio-
ne ampliſſimi viri caſu afficiebar.

At cum cognoui omnia Pici ſpicula in id tantùm
collimare, quòd conſilia Alexandri illi diſplicebãt:
quia videbat eum velle circumuenire iudicem, &
quòd contra communem ſentiret,& tritis , ac vulga
ribus dictis confirmaret ſuam cauſam, neque alias
adducere rationes, quæ famam, & ſolidam doctri-
nam Alexandri conuellerent, cępi aliquantulum re
ſpirare,& ſpem capere, vt ſanatis vulneribus mortẽ
eſſet euaſurus, & fortè nulla tam leuium vulnerum
veluti plumbeis ſpiculis illatorum relicta cicatrice
peregregiè conualiturus.

2 Nam † cum Picus dicebat, ſe nolle cum patel-
larijs Dijs pugnare,puto uerius poſſe eum inter pa-
tellarios Deos iuſtè connumerari, cum Dij illi ſe-
mones quoque nuncupati ſint, quòd ſcilicet neque
coelo digni ſunt exiſtimati ob meritorum pauperta
tem,neque terris,ſed quaſi ſemihomines,ſemones,
& patellarios Deos vocabãt, quòd neque homines
verè,neque Dei eſſent,ſed ſemihomines, ut Fulgen
tius ad Chalcidium ſcribens teſtatur. Sic ego Picũ
ſemiiuriſconſultum appellarim, quòd tam honori-
fico munere de iure reſpondendi carere voluerit,&
etiam in interpretationibus tam ſterilis , & ieiunus
fuerit, vt ex eius ſcriptis modica poſſit à iuriſcon-
ſultis percipi vtilitas, prout cuilibet eius ſcripta le-
3 genti facile conſtare poteſt,†non enim vnquàm eũ
perfectum iuriſprudentem dicam,qui omnibus iu-
riſconſulti muneribus fungi neſciat ; non ſecus ac ſi
pugnare ſciret Dux militum , conſulere verò quo-
modo ducendus, & regendus foret exercitus , ne-
ſciret,dicens hoc munus non pertinere ad Ducem,
quòd duobus muneribus , atque officijs fungi non
4 poſſit, vt dicebat Picus noſter. At† dum ſe Ciclo-
pem facit cum Ioue congredientem (verè puto illi
exitum Ciclopis imminere)cui non à Ioue , ſed ab
Vliſſe oculus,quem vnicum habebat, effoſſus fuit.
Sic enim & Picus cum vno tantùm oculo, ut reor,
conſilia Alexandri percurrerit , eo quoq; caruiſſe
videbitur cuicunque, qui diligenter & linceis ocu-
lis proſpiciens cognouerit duo illa Alexandri re-
ſponſa, quæ impugnat, & vera eſſe, & nulla repre-
henſione digna.

5 Putarim †ergo potius, quòd tanquàm Pica loqua
ciſſima auis cum Hercule congrediatur, ſed fruſtra,
non ſecus ac, vt eſt in prouerbio. ſi Herculi ignauia,
ocium, ac deſidia obijceretur, cum nil minus Her-
culi quadrare poſſent , qui ærumnoſus ſemper , &
maximis laboribus fuit occupatus; ſic obijcit Pica
iſta Alexandro, quòd non teneat communes opi-
niones, cum tamen nullus ſit, qui magis illis vtatur,
illasque acrius tueatur quàm Alexander in reſpon-
ſis, vt oẽs norunt, & teſtantur, & res ipſa clamat.

6 Dum †autem ab alluſione vocabuli ſumens argu
mentum, vocat Alexandrum tartaricum, qui Tarta-
gnus dicebatur, id more ſuo facit; vt ab alluſione vo
cabuli ludens, illum vti barbarum , & tartaricè lo-
quentem in reſponſis ſuis arguit , quæ quidem bar-
baries cum & ab Alciato, & ab omnibus politioris
literaturæ noſtris iuriſconſultis obijciatur , non eſt,
quod hoc etiam obiectũ dilui non poſſit. Hoc enim
vitio non modò laborant de iure reſpondentes, ſed
& interpretes ex ſuggeſtu loquentes, quorum tamẽ
maius eſt hoc vitium : quòd ſcilicet interpretatio-
nes plerunque nonum premuntur in annum , &
ſic poſſunt commodè emendari, & corrigi, & purio-
ri oratione ſcribi, cum tamen reſponſa ob temporis
breuitatem, & ob vulgarem, & popularem phraſim,
qua vti reſpondentes coguntur , vt à iudicibus etiã
imperitis intelligantur, non expoſtulent tam exa-
ctam latinæ linguæ obſeruationem.

7 Et præterea †reſpondentes de iure rebus inhæ-
rent, & cauſæ, verborum autem ornatum negligũt,
vanamque ſpernunt eloquentiam ; minus enim mo
uere ſolent animos, quæ non ex animo, ſed ex arte
ſcripta putantur. nam prudentis officium eſt res tra
ctare, deque rebus iudicare , non autem de verbo-
rum puritate, & ſtructura pueriliter grammaticorũ
more diſſerere, ab alijs enim rerum, ab alijs verbo-
rum doctrina quęritur, neque ingrata eſt negligen-
tia hominis magis de re, quàm de verbis laboran-
tis: cum lector totus à rebus pendeat, & in cauſam
ipſam totam conijciat cogitationem ſuam , neque
velit verborum coloribus , aut pigmentis diſtrahi:
quædam enim & ipſa negligentia verè dici poteſt,
cum & mulieres nonnullæ plus quandoque placeãt
inornatæ præſertim ſi ſint pudicæ virginea , vt ſunt
iuſtitia, & æquitas, quas reſpondentes de iure præci
puè ſectantur. has enim fucata medicamẽta magis
inficiunt, quàm ornant, ſi enim iudex accuratam, &
perpolitam phraſim legat in reſponſis, verebitur in
ipſo ingreſſu, ne decipiatur fucatis illis argutijs , fi-
ſtula dulce canens, animum dum decipit author, &
ideo ſuſpenſo gradu timens inſidias procedet in le-
ctione reſpõſi, ita vt & ijs, quæ bene dicta reperiet,
uix fidem præſtet.

8 Quare †Pomponius noſter in l. 2. ff. de orig. iur.
§. poſt hos fuerunt , notat Celium Antipatrum , ꝙ
plus eloquentiæ quàm ſcientiæ iuris operam dede-
rit, & Serui. Sulpicius magnus orator, cum Q. Mu-
tium de iure conſuluiſſet, neque eius reſpõſum pri-
mò, mox & ſecundò percepiſſet, acriter reprehen-
ſus fuit ab eodem Q. Mutio, quòd turpe foret pa-
tritio, ac nobili viro, & cauſas oranti, ius, in quo uer
ſaretur, ignorare . Qua ueluti contumelia Seruius
excitatus operã dedit iuri ciuili, & plurimum pro-
fecit : ut idem Pompo. author eſt in præcitato §.
poſt hos, qui etiam eo loci ſcribit, Trebatium in iu-
re peritiorem fuiſſe Caſſelio, Caſſelium uerbo Tre
batio eloquentiorem. ideo Caſſelij ſcripta non repe
riri, Trebatij uerò plura, quòd ſcilicet digniora ſint
uiua reſponſa illa, quæ profundam redolẽt iuris pe
ritiam, quàm quæ uerborum elegantiam , & fucatũ
quendam ornatum. & Tubero pariter eodem loco
notatur, quòd Q. Ligariũ accuſaſſet, nec obtinuiſſet
ob iuris ignorantiam, atque ideo eum iuri ciuili eni
xius operam poſtea dediſſe.

9 Quæ † omnia nos mouent, ſatius eſſe iuriſcon-
ſultum utilia , & grauia , ac iuri conſona ſcribere
quacunque balbutie (modò intelligatur) quàm ſe
ſe venditare inani uerborum ſono , & ea delectari
elegantia , quæ dat ſine mente ſonum . ſatis enim
debet eſſe iuriſprudenti de iure reſpondenti , quòd
ſi ei deeſt eloquentia , non tamen deſit ſapientia .
malo etenim pinguem , & ſuccoſum conſulentem,
quàm pexum, & perpolitum: cum melius ſit ſanum
eſſe, & robuſtum, licèt non formoſum, quàm fuca-
tum, & pulchrum, ſed malè ſe habentem, non enim
valdè laudandi, qui in excogitandis argumentis mu
ti ſunt nimium, in ornandis verò nimium loquaces.

10 Non †negarim tñ eloquentiam multũ afferre or-
namenti iuriſconſulto, & ideo ſi eloquentiã afferat
non reſpuo, modò non affectatã, ſi non afferat , non
requiro. ſcio enim multos ex antiquis iuriſconſultis
non modò latinè, & purè loquutos , ꝙ illis latinus
ſermo patrius foret, ſed & hiſtorias ad oſtẽtandam
eloquentiam & græcè, & latinè ſcripſiſſe: vt Capito
apud Plinium in epiſtolis, & Aufidius cæcus, qui gr̨e
cam

cam hiſtoriam conſcripſit,& Pub. Ruttilius Ruffus,
qui Pub. Mutij diſcipulus fuit hiſtorias romanas ēt
conſcripſit,ut refert Athene.lib.6.c.vlt.& Velle.Pa
tercul.lib.2.& Pub.Mutius Sceuola,Cælius Antipa
ter,Fatidius,& Tubero idem fecerunt.
Quare †dicam,quòd Tul. ſcribit lib.2. de oratore
11 ſtudia aliarum artium in iuriſconſulto non impro-
bo,modò non ſint impedimento, cum ſæpe & hoc
habent incommodi,ꝙ opinio ſtudiorum, & artificij
ſuſpicio apud eos,qui iudicant,multum fidei detra
hunt,& authoritatem ſcribentis imminuunt,illum-
que ſuſpectum reddunt.
Et †quanq̃ vnico verbo poſſem me ab hoc obie-
12 cto liberare,vt ſe liberauit ille iuriſconſultus apud
Aul.Gel.lib.16.c.10.ꝙ iuris,non grammatices peri
tiam profitentur reſpondentes,attamen dico longè
differre reſponſa antiquorum,& quę nobis obijciūt
aduerſarij à reſpōſis noſtris.nam tempore, quo ſub
Imperatoribus Romanis floruit iuriſprudentia,lati
na lingua ſuum culmen tenebat,& modico tempo-
re,ac non multa diligentia,& labore indigebant ad
percipiendam †linguam latinam, cū omnibus eſſet
cōmunis,& latinè loquerētur & viri,& mulieres, &
patritij,& reliqui ciues: quanquam non negarim,
erudito,aliquanto politiori, & magis purgata vſos
fuiſſe oratione,quā tamen facilè aſſequebantur, cū
fundamenta eius à ventre matris, & lacte nutricis
hauſiſſent.at noſtro ſeculo vix ætas ſufficit ad rectè
imbibendum vſum latinæ,candidæ, & purgatę lin-
guæ,adeo vt & pauci nitida illa uti ſciant, cum ēt in
ea perdiſcenda plures impenderint annos, ac ferè
totā vitā ſuā, quod tempus ſi alijs grauioribus diſci
plinis acquirendis conſumpſiſſent, doctiores certè
euaſiſſent, maioremq́; laudem fuiſſent conſequuti.
ſicut enim antiqui nullo labore, nullaq́; vel modica
diligētia adhibita latinè,& benè loquebātur, ita no
ſtri sūmo labore, ſummaq́; diligētia uti cōpellūtur,
ſi & diſciplinis,& linguæ velint incūbere;quod qui-
dem eſt & perdifficillimum,& valde laborioſum.
13 Adde †ꝙ antiqui iuriſprudentes vti periti erāt lin-
guæ latinæ,ita ad eiuſdē æquè peritos iudices dabāt
reſponſa,cum & ipſi Prętores,& iudices ciues Ro-
mani fuerint,& purgata latina lingua vterentur.
14 Quòd †ſi hodie reſpondētes vellent exquiſita ora
tione reſpondere,fortè ēt ab ipſis iudicibus non re-
ctè intelligerentur,non enim in id rogatur iuriſcon
ſultus à cliente,vt cōcinnè loquatur, ſed vt rationi-
bus,& legibus probet iuſtā eſſe cauſam, de qua in-
terrogatur,& in reſpōſis ipſis mitis debet eſſe,fluēs,
& popularis,familiariſque oratio reſpondentis, vt
ab omnibus intelligatur, ne dum elegantiam affe-
ctat,ipſam rem negligat.
15 Et †hanc putarim fuiſſe vnam ex cauſis, ob quas
Alciatus noluit reſponſa ſua edere,vt enim erat ho
mo amęni,& floridi ingenij, delectabatur elegātia,
ſtilo, & antiquitatibus, ac humanioribus ſtudijs,
quę omnia in noſtras ſcholas apportauerat, qua no
uitate magnum certè ſibi nomen comparauerat,ad
hanc enim diſciplinam ſeueriorem quidem,& ina-
menam orationis nitore, & elegantia veluti illece-
bris quibuſdam,& lenocinijs allicere conabatur le-
ctores,ut ſe referrent ad hanc nouam viam,quæ mi
nus ſtudij,minuſq́; laboris requirit,plus autem ha-
bet delectationis,tanquàm ad vaſtum pratum flori
bus varijs pictum,& exornatum.
16 Quam †quidem nouam formam non poterat faci
le adhibere in cōſilijs,tum quia res ipſa planum ſti-
lum,apertum,& omni fuco expertē requirit, & ad
familiarem,& quotidianam formam loquendi ac-
commodatum,tum quia in tam varia argumento-
rum ſilua,quibus vtuntur conſulentes, non poterat
ita facilè curioſo ſtilò inſeruire,neq; tempus id for-
te patiebatur; ideo in ipſis reſponſis morem aliorū
ſequi cogebatur reſpondentium,& craſſiori ſtilo &
ipſe vti in reſponſis ſuis,adeo vt quò ad linguæ pu-
ritatem,& facundiam in reſponſis ſuis parum, aut
nihil differat ab aliorum ſtilo. nam ſi nouo illo vſus
fuiſſet,proculdubio faſtidium potius generaſſet, &
ſtomachum iudicibus,quàm cauſæ ſuæ rectè inſer
uiſſet, ideo cum ſciret ſe de iure reſpondiſſe, non
vt elegantiam oſtentaret, ut in alijs ſuis ſcriptis fe-
cit,ſed ut lucro frueretur,ipſi cauſæ tantum,& qui-
dem aliquando ſatis leuiter incumbebat, & cū om-
nem ſpem gloriæ in nouitate illa ſibi propria po-
ſuiſſet,nihilq́; videret in reſponſis, quòd nouitatem
illam caperet,maluit reſpōſa ſua ſupprimere,quàm
ſeipſum ſibi diſſimilem oſtendere.
17 Deſinat †ergo Picus tartaricam barbariem obij
cere Alexandro, cum & ipſe in ſcriptis ſuis maiorē
oſtendat barbariem,quàm alius quiſpiam neoteri-
cus interpres. duro enim,aſpero, ac valde barbaro
vtitur ſtilo, vt legentibus eius ſcripta clarè patet, &
ideo nil iudęus iudęo,nil Catilina Cetego, quod ēt
refert Accurſ.in l.quoniam.C.de hær.& in l. ſi duo.
ff.de dolo,& in c.contra Chriſtianos,de hære. nihil
enim iniquius, quàm in altero vitiū damnare, quo
damnans maximè præmitur,vt habetur per Aug. in
c.nihil iniquius. cum trib. cap.ſeq. 32.quæſt.6. & c.
vlt.25.diſt. & c. iudicet 3.q.7. & ſcribit Abb. in cap.
eum eccleſiaſticæ.in 3.not.vbi etiam Deci.eo.3.no.
de excep.
Quòd autem omiſſis iocis ad ſeria veniens, dicit
repertiſſe Alexandrum in primo reſponſo contra cō
munem conſuluiſſe,& in ſecundo cauſæ ſtatum nō
attigiſſe,& leuioribus tantùm quibuſdam dictis vti.
ego id falſum oſtendam in ſeq.cap.in quo refellam
ſigillatim,& ex profeſſo omnia argumenta Alciati
contra præcitata reſponſa Alexandri obiecta.

RESPONSVM PRIMVM ALEXANDRI NON RECTE REPREHENDI A PICO, aut ab Alciato.

CAPVT XVII.

SVMMARIVM,

1 *Alexandri primum conſilium reprehendit Alciat. Sed ſaluatur nu 3. & ſeq.*
2 *Compendioſa continet uulgarem.*
3 *Alexandrum, veroſimile non eſt, primum conſilium ſuum edidiſſe malum.*
5 *Alexandrum nemo circa primum ſuum conſilium reprehendit.*
6 *Quinimo ea eius opinio ab omnibus recepta.*
7 *Sed & ipſe Alciatus ipſum Alexandrum ſequutus eſt,*
8 *Valla laudatur.*
9 *Parerga quid.*
10 *Alexander in primo conſilio recte conſuluit l.quandiu ff.de acq. hæred.quomodo intelligatur.*
11 *Compendioſa eſt dum adijcitur dumtaxat conditio mortis ſecus ſi adijciat & alia conditio.*
12 *Alciatus infidelis in relatione facti.*
13 *Filiorum appellatione an veniāt nepotes & quādo.*

Filio-

14 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando ſeparatim, & de filijs & de nepotibus facta eſt mentio.*

15 *Filiorum appellatione non ueniunt nepotes in fideicommiſſis tranſuerſalibus.*

16 *Filiorum appellatione nõ veniunt nepotes non nati.*

1 VIDENS † ergo Alciatus, quòd Pici rationes cõtra Alexandrum obiectæ parum mouere poterant, quinimò quòd magno clamore explodebantur ab auditoribus, vt ipſemet refert, ideò ſe fingit paulò curioſiorem non permiſiſſe excidere verba illa Pici, quæ de reſponſis illis duobus Alexandri dixerat, & dum domum rediſſet, atq; illa legiſſet, haud quaquã negligenda putauit ea, quæ in eis Picus notauerat, cauſas autem allegaturus, quare non forent negligenda Pici obiecta contra duo prima reſponſa Alexandri. refert in primis ſpeciem facti, quam præpoſuerat Alexander reſponſo ſuo, & ſuper qua conſuluerat, ſed mutilatam, & præciſam, vt inferiùs oſtendam. qua relata ſubdit, Alexandrum reſpondiſſe, caſum in ea ſpecie ſubſtitutionis non eueniſſe: quia conditiones defecerunt, ipſe autem dicit ſe arbitrari contrarium verius eſſe, ad quam ſententiam tenendam mouetur duabus rationibus, primã nunc referam, & diluam, mox ſecundam.

2 Prima † ergo hæc eſt. Quia in caſu Alexandri ſecunda ſubſtitutio facta filio teſtatoris Raymundo legem teſtamenti ſeruante, ſi deceſſerit quandocunque ſine liberis, qua ſubſtituerat teſtator Antoniũ, erat compendioſa, in qua continetur vulgaris, per quam ex quo Raymundus deceſſit ante teſtatorẽ, & ideo hæres eſſe non potuit, ſequitur, quòd cæteri ſubſtituti in ſequentibus gradibus, qui tempore teſtatoris viuebant, admitti debeant; nam ceſſantibus medijs ſubſtitutionibus, qui vltimo loco vocatus apparet, eſt potior. l. quandiu. eius initij vlt. ff. de acquiren. hæred. & hæc eſt prima ratio Alciati.

3 Ad † cuius diſſolutionem antequam deſcẽdam, rogatos velim lectores, vt antequam ad ipſas meas reſolutiones deueniant, legant diligenter facti ſpeciem propoſitam per Alexandrum in dicto ſuo cõſilio primo, & deinde accuratè perpendant omnes eius rationes, & pro una, & pro altera parte adductas: poſtea legãt prædictum Alciati obiectum. demum & ſolutiones has meas, vt poſtea omnia conferendo facilè poſſent cognoſcere, an Alciatus bene impugnauerit, vel ego rectè defenderim.

4 Ego † certè puto rationem hanc Alciati ſatis leuem eſſe, neque oppugnare, nedum expugnare ſententiam Alexandri, quòd antequam doceam hoc non omiſero, quod & ſupra dixi, quòd non ſit veroſimile Alexandrum, qui teſte ipſo Alciato, viuẽs ſelegit reſponſa ſua bona à malis, & bona in quinq; volumina coniecit, & euulgauit, reliqua voluit ſupprimere tanquam mala, quę tamen à ſucceſſoribus fuerunt poſtea edita, & in ſextum, & ſeptimum volumen coniecta: non ſit inquam ueroſimile, tanti nominis authorem adeo cæcutiſſe, vt uolens eligere bona, mala deceptus ſelegerit, atque etiam in prima fronte librorum expoſuerit deteriora, & aliorum anteſignanum, primum ſcilicet reſponſum præpoſuerit, quod tot reprehenſionibus ſubiaceret: in hoc enim non peracris fuiſſet iudicij, quo nomine ab omnibus celebratur Alexander, ſed obtuſi, atque oſcitantis, & incompoſiti, vt & ſupra dicebam.

5 Accedat † quòd neminem legi iuriſconſultum, qui vel in interpretationibus, uel in conſilijs contrarius fuerit Alexandro circa per eum ſcripta in dicto cõſilio primo, ſeruata tamen ſpecie facti per eum propoſita. an autem in dubio præferenda ſit authoritas Alciati authoritati Alexandri, & eorũ, qui illum ſequuti ſunt, cæteri iudicent.

6 Sed † quo modo potuit ab alijs hæc ſententia Alexandri impugnari, cum imo ab omnibus fuerit recepta, & comprobata? nam & ſecundùm eum reſpondit in eademmet ſpecie facti Corneus conſi. 599. in 2. eandem recepit Dec. conſi. 89. in princ. & & conſi. 253. col. 4. prope fin. & conſi. 635. col. 2. in fi. & conſi. 427. num. 9. verſi. & cum iſta concluſione expreſsè concordat, & latius conſi. 238. num. 2. ver. & in caſu noſtro in fideicommiſſis idem tenet Alex. conſi. 1. vbi optimè declarat ſententiam illã Alexandri, eandem ſequitur Iaſ. conſi. 548. col. 4. ver. & ita etiam latè proſequitur D. Alexan. conſi. 1. in 2. vol. & latius Curt. iun. conſi. 83. per totum, ubi optimè etiam declarat intentionem Alexandri. & idem in l. 1. C. de impub. num. 6. idem facit Soc. iun. conſi. 81. num. 47. in 2. & Bero. conſi. 98. num. 5. in fin. in 2. & num. 7. & 8. in fin. & conſi. 110. num. 10. & 62. eandem ſequutus eſt etiam Alexandri opinionem Stephan Bertrãdus conſi. 365. in 1. in impreſſis anno 1532. præſupoſita tamen ſemper facti ſpecie vera, ſuper qua conſuluit Alexander, eandem ſequuti ſunt & Crot. conſi. 58. & Nata conſi. 465. col. 2 in fi. cum ſeq. & conſi. 676. ante nu. 27. & conſi. 678. nu. 29.

7 Sed † quid alios cõnumero, qui ſequuti ſunt ſen
1 tentiam Alexandri, quam nunc ſolus Alciatus impugnat? cum ipſemet, ipſe inquam Alciatus eandẽ Alexandri opinionem nunc ab eo impugnatam, & quam nunc dicit eſſe cõtra communem, amplexus ſit, & receperit conſulendo in conſi. 198. num. 12. ubi dicit, ſe eam ſequi opinionem tanquam communiter receptam, & veram, & ibi reſpondit etiam omnibus contrarijs, & in ſpecie num. 13. reſpondẽs conſi. Alex. 57. in 6. quod videbatur aliqualiter eã opinionem impugnare, dicit in eo 6. volum. conſiliorum Alexandri multa conſilia eſſe apochrifa, quod illud volumen non fuerit editum ab Alexandro, ſed ab hæredibus eius.

Quid ergo dicet hic Alciatus? non ne apertè comprobauit, & ſequutus eſt magno apparatu hoc primum Alexandri conſilium tanquam poſitum in volumine primo conſiliorum ab ipſo Alexandro approbato, & pro eo aſſerit ſtare communem, quod tamen hic negat, ſed non hoc ſolùm loco ipſum approbat, & ſequitur, ſed etiam conſi. 492. num. 28. & pariter in conſi. 569. num. 32. dicit hanc eſſe communem, &, quod plus eſt, aſſerit, quòd ſecundùm eam fuit iudicatum.

Quomodo ergo cõprobare poteſt Alciatus opinionem Pici præceptoris ſui, qui non alia ratione reprehendit hoc conſilium primum, niſi quia contra communem conſuluit, cum tamen ipſemet Alciatus duobus in reſpõſis aſſerat communem ſtare pro Alexandro.

8 Sed † & opinionem Alexandri poſtremo loco ſequutus eſt Valla non indoctus iuriſconſultus & magni iudicij uir conſi. 57. num. 56. & ſeq. conſi. 58. num. 52. in 3. & Zanchus in repe. §. cum ita. l. hęredes mei. ad trebell. in noua impreſſione in 2. parte num. 47.

Ex his igitur conſtat, non poſſe Alciatum alterũ ex his euitare incommodum, videlicet quòd aut ipſe in prædictis reſponſis malè conſuluerit, & remordente ipſius conſcientia, cum vel ab initio ſtu-

diorum

diorum ſuorum, dum erat ſcholaris, & Picum audiebat, cognouerit, vt ipſe dicit, falſam eſſe Alexandri ſententiam, in eaque perſtiterit vſque ad vltimos vitæ ſuæ annos, quibus hoc parergon edidit, quod quidem abſit, vt credam, vel (quod verius puto) quòd vera ſemper ipſe cenſuerit dicta per Alexandrum in ipſo primo conſilio: in hoc tamen parergo cauſæ, quam ſumpſerat probandam, inſeruiens, contradixit oſtentandi ingenij gratia, prout & in paradoxis, & in aliis plerunque locis feciſſe illum conſtat. neque enim in hoc parergo putauit vllum ſibi imminere conſcientiæ periculum, cum hic de iure non reſponderet, prout reſpondit in prænominatis

9 cõſilijs, ſed tantùm parerga ſcriberet, † quæ ſunt obiter, & non ex profeſſo dicta, & veluti corollaria quædam ornatus cauſa ex varijs floribus contexta, vt varietate delectati lectores detineantur.

Licèt autem hæc ſufficerent pro defenſione Alexandri, quòd ſcilicet pro eo ſtet communis opinio, vt ipſe Alciatus duobus in conſilijs teſtatur, quod tamen in parergo parum ſibi conſtans negat, & ipſemet conſultus, & ex profeſſo reſpondens ſequutus fuerit opinionem Alexandri tanquam verum, & variante iuriſconſulto ſequenda ſit opinio, quã reſpondendo tenuit, vt ſupra etiam probaui, videamus tamen præterea, ne rationes Alciati contra Alexandrum obiectæ tanti ſint, vt in aliquo ſuſpectam reddant Alexandri ſententiam, & idem non modò eminus, ſed etiam cominus pugnemus.

10 Primùm † ego affirmo Alciatum nullã adduxiſſe rationem, quam non præuiderit Alexander, & illi optimè reſponderit in dicto conſilio primo, num. 6. & 7. & num. 14. verſ. modò reſtat. & num. 15. dum reſpondet doctrinæ Bar. in l. quandiu. ff. de acquir. hære. ibi enim optimè reſpondet ad primam rationem Alciati deductam ex d. l. quandiu. Videlicet ꝙ illa lex procedit in fideicommiſſaria ſimplici, quæ nullam haberet conditionem, qui caſus non erat in ſpecie Alexandri, ſecus quando addita fuiſſet cõditio, quæ non modò non euenerit, ſed contrarius caſus illi conditioni extiterit, vt euenit in caſu Alexandri. Erat enim in eo caſu conditio, ſi Raymundus hæres foret, & voluntatem teſtatoris ſeruaret, quæ defecit; quia hæres non fuit, & ideo voluntatem teſtatoris ſeruare non potuit. nimirum ergo ſi aſſerat Alexander, omnes ſubſtitutiones defeciſſe, vt per eum optime ibi declaratur, & per cæteros, qui illi ſunt concordes, quos ſupra citaui, & ibidẽ etiam Alexander docet, quòd illa ſubſtitutio erat fideicommiſſaria poſt mortem eius, in caſu quo eſſet hæres, qui caſus repugnat vulgari. & ideò non poteſt illam continere. & ſic malè ſentit Alciatus, dum dicit, ſubſtitutionem factam Raymundo fuiſſe compendioſam. Nam verba ſubſtitutionis hæc erant. & ſi contingerit Do. Raymundum eius filiũ, & hæredem ſeruantem legem teſtamenti decedere &c. quæ verba non poſſunt continere vulgarem, cum velint, quòd ſit hæres Raymundus, id eſt adeat hæreditatem, & ſeruet voluntatem teſtatoris, quod eſſe non poteſt in vulgari, quæ præſupponit, quòd non ſit hæres, & ideò quòd non ſeruauerit voluntatem, ſiue legem teſtamenti, & clarius etiam decla-

11 rat ipſe Alexander ibi † nam cõpendioſa eſt, quando adijcitur duntaxat conditio mortis, ſecus quando adijciuntur etiam aliæ conditiones, quæ conueniunt ſoli fideicommiſſariæ, & contrariæ ſunt vulgari, vt erant prædictæ, ſi hæres erit, & ſeruauerit legem teſtamenti, & idem etiam reſpondet, & clariùs declarat ipſe Alexander ibi.

12 Neque † etiam vel tantillum obſtat ſecunda ratio per Alciatum obiecta, videlicet ꝙ illa conditio, ſi legem teſtamenti ſeruaſſet, non debet eſſe impedimento ſubſtitutis, ne foret in facultate Raymundi grauati eludere fideicommiſſarium. nam in hac ratione deducenda Alciatus bona fide non agit cũ Alexandro; quia non refert fideliter ſpeciem facti, ſuper qua conſuluit Alexander, ſed omiſit id, ſuper quo maximum facit fundamentum Alexander, qui proponit conditionem adiectam Raymundo his verbis fuiſſe conceptam. Videlicet, & ſi cõtingeret Raymundum eius filium, & hæredem ſeruantem legem teſtamenti decedere quandocunque ſine liberis &c. & tamen Alciatus ſemper dum refert hanc conditionem, omittit illam vocem, & hæredem, ſuper qua totum Alexandri conſilium innititur, cum per eam præſuponat Alexander, quòd teſtator voluerit ipſum Raymundum eſſe hæredem, & ſeruare legem teſtamenti. cum ergo Raymundus hæres eſſe non potuerit; quia deceſſit ante teſtatorem, cum defecerit conditio, defecit neceſſariò etiam ipſum fideicommiſſum, vt ipſe latè deducit in dicto conſi. 1. num. 6. & in pluribus aliis locis dicti reſponſi. ſi igitur in conditione appoſita fuerit illa vox, hæredem, non poteſt dici, vt dicit Alciatus, quòd foret in facultate grauati eludere fideicommiſſarium, nã ſi ſuperuixiſſet, & ideo hæres eſſe potuiſſet, aut adiuiſſet hæreditatem, aut non, ſi adiuiſſet, reſtituiſſet, ſi noluiſſet adire, tunc potuiſſet cogi à fideicommiſſariis adire, & reſtituere. l. nam quod. §. 1. & l. cogi. ff. ad trebell. & ſic apertè conſtat, falſam eſſe rationem hanc Alciati, quòd ſi illa conditio impediret ſubſtitutum, eſſet in facultate grauati eludere fideicommiſſarium.

13 Reſtat † vt videamus, an vera ſit ratio, qua Alexandrum impugnat Alciatus, dicentem in dicto primo reſponſo col. pen. & vlt. quòd appellatione filiorum non veniant nepotes, cum hanc concluſionem veram non eſſe dicat Alciatus, quod tamen nulla alia authoritate probat, quàm quòd ipſemet Alciatus ita ſenſerit in l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1: quo tamen loco non video Alciatum contrariam ſententiam probaſſe, quinimo ibi num. 47. adducit hoc conſilium Alexandri primum pro ſua opinione. atqui dato, quòd ibi Alciatus contrarium aſſeruiſſet, non ideo reprehendendus eſſet Alexander, cum pro eo ſtet communis opinio. Videlicet, ꝙ in fideicommiſſis, in quibus verſabatur quæſtio, appellatione filiorum non veniant nepotes; vt atteſtatur Dec. conſi. 95. num. 5. & ſeq. & nouiſſimè Valla, qui infinitos adducit, in conſi. 42. num. 25. & plures ſeq. & Gabriel. in ſuis communibus opin. lib. 6. ſub tit. de verbor. ſigni. concluſione. 1. num. 87. Quibus in locis allegantur infiniti idem ſentientes, quos nõ refero, quia ibi videri poſſunt. ſatis eſt enim mihi docere, quòd pro Alexandro ſtat communis, non autem contra, vt falsò dicebat Picus, & ſequitur Alciatus.

Et præterea, quòd opinio Alexandri in caſu ſuo vera ſit, quòd ſcilicet appellatione filiorum non veniant nepotes, poteſt infraſcriptis comprobari.

14 Primò † quia teſtator in ea ſpecie ſeparauit appellationem filiorum ab appellatione nepotum: quia modò fecit mentionem de filijs, modo de nepotibus. ergo noluit appellatione filiorum contineri nepotes; vt tenuerunt Pariſ. Soc. iun. Gozad. & alij, quos citat Gabriel. dicta cõcluſione prima, num. 82. vbi videndum.

15 Secundò † quia quando ſumus in fideicommiſſo tranſuerſali, concludunt omnes, quòd appellatione filiorum non veniunt nepotes, vt infinitos, qui hoc ſenſerunt, refert Valla dicto conſi. 42. nu. 57. verſic. ſeptimò dicitur. in 4. quorum nomina non

transcri-

tranſcribo. & certum eſt, quòd Antonius de Bareſiq, & eius filij, de quibus loquitur Alexander, non erant de familia teſtatoris; quia & ante eos ſubſtituerat illis de Spatafora, ergo & hæc ratio confirmat dictum Alexandri.

16 Tertiò † poſſet veroſimiliter conſiderari, quòd nepotes Dom. Antonij Bareſij, quos Alexander nõ vult poſſe comprehendi ſub nomine filiorum, non erant nati tempore mortis teſtatoris, quod ſi verũ foret, certum eſſet, quòd appellatione filiorum non venirent nepotes, vt per plura cõcludit Valla dicto conſi. 42. num. 3. verſi. quare, quem ſolum adducere contentus ſum; quia ipſe infinitos adducit concordantes.

17 Cum † igitur ex omnibus his manifeſtum ſit, Alexandrum iniuſtè reprehendi & à Pico, & ab Alciato, eorumque rationes contra illum adductas imbecilles eſſe, & parui momenti, quinimo contra cõmunes, & receptas ſententias, cõtra quas falsò aſſerebat Picus Alexandrum reſpondiſſe: iam etiam conſtare poteſt, meras calumnias obijci Alexãdro, & pariter etiam alijs reſpondentibus de iure.

RESPONSVM SECVNDVM ALEXANDRI NON RECTE, REPREHENDI AB ALCIATO, & Pico.

CAPVT XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Alexandri ſecundum reſponſum impugnat Alciatus, ſed defenditur nu. 3. & ſeq.*

2 *Filiatio legitimati probanda antequam de viribus legitimationis diſputetur.*

4 *Propoſita aliqua quæſtione cætera o nia præſumuntur habilia.*

5 *Qualitas legitimationis non poteſt eſſe ſine ſubiecto filiationis.*

6 *Alexandri conſi. 2. approbatum in iudicando.*

7 *Alciatus incurrit in vitium, quod obijcit Alexandro.*

8 *Legitimatus excludit ſubſtitutum, quando id in legitimatione expreſſum fuit.*

1 IAM verò videamus, an iuſtius reprehendatur Alexander circa ea, quæ dixit in ſecundo reſponſo, quod, vt facilius cognoſcamus, recitanda eſt facti ſpecies.

Subſtituerat teſtator hæredi ſuo ſub conditione, vt ſi deceſſiſſet ſine filijs legitimis, & naturalibus, reſtitueret hæreditatem Nicolao: deceſſit hæres relicto filio, quem in ſacris conſtitutus ſuſceperat, & quem poſtea reſcripto Principis ampliſſimo ad legitima iura reſtitui fecerat. reſpondit Alexander locum non fuiſſe ſubſtitutioni, quia defecerat conditio, ex quo non deceſſerat ſine filijs legitimis, & naturalibus, cum illum poſtea ſuſcepiſſet, & legitimari feciſſet; quia legitimatus verè legitimus dici poteſt. Hæc eſt eius reſponſi ſpecies, in qua Alciatus reprehendit Alexandrum,
2 quòd † omiſerit illud ſcrupuloſum (vt eius verbo vtar) quòd hic filius non ſacerdotis, ſed vulgi filius præſumitur, & incerto patre natus cenſetur adducens ad hoc. l. 1. ff. de in ius vocan. & l. 3. C. ſolu. mat. neque his obſtare dicit Alciatus, quòd ſacerdos ipſum vti filium tractauerit, nam tractatus ille ad alterius bona ſuſcipienda non ſufficit. l. fideicommiſſum. de condit. & demonſt. & Abb. in c. innotuit. de elect. quanquam forte ſufficeret ad ſuſcipienda bona patris, ſed nõ teſtatoris, qui fidei ipſius patris commiſſit. ideo concludens Alciatus dicit eo in caſu, veriùs eſſe locum fuiſſe fideicommiſſo, quod videtur reſpondiſſe Iaſ. conſi. 102. verſ. quarto, in 4. ea potiſſimum ratione; quia legitimatus nõ poterat docere ſe filium hæredis, neque debuit credere Pontifex hæredi ſic aſſerenti ſuum eſſe filium, cum non eſſet, & Pontifex factum mutare non poteſt. nam quid (inquit Alciatus) abſurdius, quàm verbis meretriculæ credentem, aut de bæſotrophio clam accipientem ius alterius perimere.

3 His † ferme verbis vtitur Alciatus ad infirmandam concluſionem Alexandri in ſecundo eius conſilio confirmatam, quæ tamen nõ maioris ſunt ponderis quàm ea, quæ ſupra contra primum ſcripſit, vt nunc oſtendam.

Et primò dato, quòd quæ in iure deducit Alexander vera eſſent, de quibus nunc nõ diſputo, dico, quòd pro plena excuſatione Alexandri hoc ſufficeret, quòd is in ſpecie illa, ſuper qua cõſuluit, nullam fuiſſe excitatam dubitationem aſſerit ab ea parte, quæ filium impugnabat, quòd non fuiſſet filius ſacerdotis, neque per eam vnquam oppoſitum fuiſſe, quòd filius ille non modò non eſſet legitimus, ſed nec etiam filius illius ſacerdotis hæredis grauati. & tamẽ in principio conſilij atteſtatur Alexander, quòd pars illa aduerſa habebat pro ſe conſilium longum, & ampliſſimum cuiuſdam celeberrimi iuriſconſulti, quod aſſerit ſe bene ponderaſſe, atque ideo veroſimile eſt in eo conſilio omnia deduxiſſe præſtantem illum iuriſconſultum, quæ pro parte; pro qua ſtabat, facere potuiſſent: & ſi clarè non conſtitiſſet, neque indubitatum fuiſſet, quòd filius legitimatus verè fuiſſet filius ſacerdotis, illud longo ſtylo proſequutus fuiſſet tanquam validiſſimum fundamentum, & Alexander tale argumentum efficaciſſimum non omitiſſet, ſed illi accuratè reſpondiſſet, prout & alijs omnibus reſpondit, vel prouinciam conſulendi reieciſſet. præſupponit ergo Alexander, dum diſputat, an legitimatus à ſummo Pontifice excludat ſubſtitutum, quòd is verè eſſet filius eius, cuius aſſerebatur eſſe.

4 Nam † quando punctus quæſtionis ſtat in vno articulo, cætera omnia præſumuntur habilia. l. qui teſtamento in prin. ff. de teſtam. c. cauſam, quæ. de elect. cum multis concor. quæ adducit Cra. conſi. 6. num. 54. & conſi. 90. num. 5. cum igitur non poſſit quis legitimari vti filius talis, niſi verè quò ad naturam ab eo fuerit generatus, vel pro tali habeatur
5 ab omnibus: quia † qualitas legitimationis non poteſt eſſe ſine ſubiecto filiationis. l. eius, qui in prouincia. §. ſi ſtipulatus, vbi omnes. ff. ſi cer. pet. & in l. nec nullam. §. ſi abſentis. ff. de peti. hære. & Paul. cõſil. 160. col. 1. in prin. & Aret. per illum tex. in l. Pomponius. §. 1. vbi Alex. 3. nota. ff. de acquir. poſſeſ. ſequitur ex his, quòd cum in ſpecie Alexandri, ſuper qua conſuluit, nil aliud diſputaretur per vtramque partem, quàm hæc ſola quæſtio, an filius ſacerdotis legitimatus per Pontificem excluderet ſubſtitutũ, quòd in ea ſola quæſtione conſentiebant omnes, & pro abſoluto habebant, quòd ille legitimatus fuiſſet naturaliter filius hæredis grauati. opportuiſſet ergo, quòd Alciatus doceret, id obiectum fuiſſe in ea ſpecie, quòd legitimatus non fuiſſet verè, & na-

turaliter

turaliter filius illius ſacerdotis. iniuſtè ergo Alciatus, & Picus reprehendunt Alexandrum in eo, de quo nunquam in illa ſpecie dubitatum fuit, ſed debuerunt illum reprehendere ſuper eo, ſuper quo diſputat. Videlicet, an filius ſacerdotis legitimatus à Pontifice excludat ſubſtitutum, in qua quæſtione Alexander rectè conſuluit. calumnioſi ergo, & importuni videntur, ac nimium infecti, qui reprehendunt Alexandrum de eo, quod nuſquam cogitauit, neque in controuerſiam in cauſa illa à quoquam deductum fuit, & in quo non conſiſtebat iugulum cauſæ, vt eorum verbo vtar.

6 Præterea † quòd punctus quæſtionis in illa ſpecie non eſſet ſuper ſtatu filiationis ſed tantùm ſuper hoc, an ſic legitimatus excluderet ſubſtitutum, patet manifeſtiſſimè: quia ſecundùm illud conſilium Alexandri fuit iudicatum, vt ipſe atteſtatur in conſi. 94. num. 9. verſi. & in iſtis terminis. eo. 1. vol. & tamen ſi vidiſſet iudex in quæſtionem deduci, quòd ille legitimatus non fuiſſet filius ſacerdotis, certè non ita ſupinus fuiſſet, vt ſecundùm conſilium Alexandri, qui iugulum cauſæ non attigerat, iudicare voluiſſet. & ſi Alciatus paulò infra dum reprehendit Ruynum dolentem, quòd contra ſua conſilia ſæpe iudicaretur, motus fuit hac ſola ratione; quia pro iudice, & eius ſententia ſemper præſumendum eſt, non poteſt nunc negare Alciatus, quòd pro ea ſententia etiam iudicis, qui ſecundùm Alexandri reſponſum iudicauit, præſumendum ſit, & quidem multo magis, quàm ſi contra illud iudicaſſet; quia quando iudicat iudex contra conſilium, habet authoritatem reſpondentis contra, quæ tamen pro ſe ſtat, cum ſecundùm ipſum iudicat.

7 Et ſi † Alexander meruit reprehendi, quòd in dicto ſecundo conſilio nullam fecerit mentionem, quòd legitimatus, de quo ibi, verè fuerit filius naturalis dicti hæredis grauati. idem quoque Alciatus eo nomine reprehendendus eſt, quòd multa edidit reſponſa pro, & contra legitimationes, in quibus nullum verbum dixit, quòd legitimatus probatus fuiſſet filius eius, de quo agebatur. ergo poſſet etiam de eo dici, quòd in illis conſilijs non attigit iugulum cauſæ. pro legitimatione enim abſq; eo, quòd probata fuerit filiatio, reſpondit conſi. 287. in pluribus locis. conſi. 54. 171. 201. 205. 206. 207. 213. 224. 238. 254. 306. 335. 389. & 510. & alibi etiam ſæpe. Quòd etiam fecerunt quotquot iuriſconſulti fuerunt, & antiqui, & recentiores, quibus contigit ſuper viribus legitimationis reſpondere. nam ſemper præſuppoſuerunt hoc verum in facto, quòd legitimatus non negaretur filius eius, qui pro patre in legitimatione nominatus ſit, nam ſi negaretur, nullus eſt tam vecors, & ſine mente, qui non fateretur, non poſſe de viribus legitimationis diſputari, niſi prius conſtet de filiatione: nam & ſæpe de filiatione etiam ſine legitimatione diſputatur.

8 Quod † autem rectè conſuluerit Alexander in dicto ſecundo reſponſo, quòd ſcilicet filius legitimatus excludat ſubſtitutum, quãdo hoc expreſſum fuit in legitimatione, prout in illa ſpecie expreſſum fuerat, non eſt dubitandum, tum quia Alciatus, aut Picus non auſus eſt in hoc illum reprehẽdere, tum etiam quia verè ſtat communis opinio pro Alexandro, vt per Ripam poſt alios in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad trebell. num. 44. & per Pariſ. conſi. 1. in 2. & Dec. conſi. 624. & per alios infinitos, quos prænominati citant, & Valla conſi. 63. nu. 67. quos conſultò omitto.

Iam verò ſatis ex præmiſſis conſtare puto omnibus, quàm iniuſtè fuerit Alexander tantus iuriſconſultus à Pico, & Alciato reprehenſus, qui vt ipſi excuſarentur, cur reſponſa ſua non publicaſſent, non ſunt veriti manes tanti viri calumnijs inſectari.

NON LAEDERE FAMAM RESPONDENTIVM DE IVRE, QVOD SAEPE CONTRA EORVM reſponſa iudicetur.

CAPVT XIX.

SVMMARIVM.

1 *Excuſatio Alciati quòd breuiter perſtrinxerit id quod maiori opera indigebat, non admittenda.*
2 *Ruinus conquerebatur, quòd ſæpe contra eius reſpõſa iudicaretur, quod reprehendit Alcia.*
3 *Sed ſaluatur.*
4 *Iudices ſæpe iudicant non modo contra auctoritatẽ conſulentium, ſed etiam contra veritatem.*
5 *Victoria cauſæ non concludit neceſſariò peritum vel imperitum conſultorem.*
6 *Opinio vulgi vana.*
7 *Contraria ſæpe ſentiunt homines.*
8 *Forte, verbo dubitatiuo vtebantur prudentes.*
9 *Varia & diuerſa ſentiunt qui in collegijs iudicant.*
10 *Victoria quare ſemper non ſtet pro reſpondentibus de iure.*
11 *Scæuola ſemper reſpondebat cum iſta clauſula, ſecundum ea quæ proponuntur.*
12 *Clauſulæ reſpondentium, ſaluo iure rectius ſentientis.*
13 *Ambiguitas & obſcuritas aliquando maxima in cauſis.*
14 *Subſiſtebant ſæpe antiqui iuriſconſulti.*
15 *Dubia aliquando adeo cauſa, vt indigeat deciſione Imperatoris.*
16 *Dubia ſi ſit cauſa, ſolent iuriſconſulti diuidere rem contentioſam inter litigantes.*
17 *Dubietas cauſæ excuſat iudicem.*
18 *Conſulentes excuſantur, ſi contra eorum conſilia iudicetur.*
Finis non ſemper haberi poteſt.
Victoria cauſæ non facit malum vel bonum conſulentem, ſicut ſanitas non facit bonum vel malum medicum.
19 *Nauis gubernator, non ideo ſemper malus, quod in ſcopulum impingat.*
20 *Fortuna in omnibus actionibus humanis partem habet.*
21 *Conſulentes non æquiparandi aduocatis.*
22 *Conſulentes & iudices æquè conſcientiam integram ſeruare debent.*
24 *Conſulentes maiori vtuntur diligentia quàm iudices.*
25 *Conſulentes ita periclitantur de fama, & conſcientia ſicut iudices.*
26 *Auctoritas requiritur in conſulente, quam ſibi vendicare debet rectè conſulendo.*
27 *Conſulens confirmare debet ſuam opinionem &*

reſpondere

reſpondere contrarijs, nam in hoc virtus eius conſiſtit.

29 *Conſulens nunquam erit bonus iudex, ſecundùm Alcia.*

30 *Sed contrarium verius.*

31 *Conſulens debet eſſe vir bonus.*

32 *Aduocatus bonus, bonus erit iudex.*

1 DEMVM Alciatus † paradoxo ſuo, & ſalaci (ne dicam calumnioſæ) ſuę reptehenſioni bunc colophonē imponit. ſateri ſe dicens ea, q̃ ipſe dixerit, maioris eſſe ponderis, q̃ vt tā ſuccinctè, & leui manu tractarētur; ſed ſatis ſibi eſſe attigiſſe, vt non temerè loquutum eſſe Picum oſtenderet, ſtudioſosq; admoneret, ne vllis conſilijs certam fidem omnino adhiberent.

Dum aũt ſe excuſat Alciatus, ꝙ leuitèr attigerit ea, quæ cũ ſint magni ponderis, maius tp̃s requirebant, vt ipſe in laqueum incidiſſe, quem ſupra parauit Pariſio, dum illum damnat, ꝙ in præfatione cõſiliorum ſuorum excuſat ſe, quòd multa repetierit, dicens, quis eum coegit peccare, vt ſe excuſaret? ſic ego de Alciato dicam, quis eum coegit peccare, vt excuſatione indigeret, ꝙ non perfectè, ſed perfunctoriè, & obitèr tractaret ea, quæ exquiſitam diligentiam, & maiorem apparatum requirebant.

2 Porrò † Alciatus, dũ videt finem his maledictis imminere, cum omnia, quæ in mentem venerant, obiecciſſet publicantibus reſponſa, noluit hoc etiā omittere: ꝙ.ſ. audiuerit ipſe ſæpiſſimè conquerentē Ruynũ, ꝙ aduerſus ſua conſilia vulgò pronunciaretur, iudiceſque imperitiæ damnantem: cum illi vice mutua eum ſani iudicij fuiſſe negarent. qua in re iudiciũ ipſe interponēs ſuum dicit, ꝙ ipſe ſemper pro iudice magis præſumeret, quòd ſcilicet illi munus id ſpecialiter incumbat, & fama, conſcientiæq; ſuæ periculo agat: ideò præſumendum, ꝙ ipſe plura viderit, diligentiusq; perpenderit maiore acrimonia, longioriq; ſtudio ſit vſus, & hæc quidem Alciatus.

3 Quòd † Ruynus ea protulerit verba non contendo, quanquàm & forte ea non protulit, quòd autē vulgo haberetur non ſani iudicij, an credendum ſit Alciato, cum Ruynus & viuens, & mortuus maximo ſemper in honore habitus fuerit apud omnes, alijs iudicandum relinquo.

4 Quòd † aũt contra ipſius rñſa iudicatum fuerit ſæpe, in hoc ẽt non contenderim; cõis.n. eſt hic caſus, vt ſæpe non ſolùm contra maximæ authoritatis virorũ ſententias iudicetur, ſed ẽt contra ipſam veritatē vel errore, & ignorantia, vel ſordibus, vel gratia, vel aliis de cauſis, quæ ſolent peruertere ſanum iudiciũ, & in ipſo bello videmus accidere, vt qñque peior cā vincat meliorē. non.n. iudices noſtri principali authoritate cuguntur ſequi reſponſa prudentum, vt antiqui, niſi ex ſtatutorũ Municipaliũ diſpoſitione id cautũ ſit, nil mirum ergo, ſi iudices, qui ſæpius ſunt imperiti contra prudentũ opiniones iudicant, gloriolam quandā ẽt aucupantes, ꝙ nulla moti prudentũ authoritate contra eorũ opinionē iudicauerint, quaſi melius ipſi iuris, & iuſtitiæ medullā guſtauerint, q̃ prudentes, qui de iure reſpõderunt, & ætatem ſuam in his ſtudijs conſumpſerunt.

Quanquàm non negauerim aliquos ẽt cõtra prudentũ rñſa iudicare; quia verè ſic ſentiant, & ſua ſibi conſciētia licèt ꝓpoſtera ita dictet: ſcimus. n. vniuerſam iuriſprudentiam opinionibus conſtare, & ſæpe imperitos iudicare, & ipſos ſibi ſæpe nõ cõſtare iudices, cum modò vnum, modò aliud ſentiant, vt inquit apud Tul. 2. de oratore M. Anton.

5 Et licèt virtus, & doctrina prudentũ plerumque exitu, & victoria iudicetur; attamen id imperitorũ, & ignari vulgi eſt iudiciũ, vt paulò inferius docet loco præcitato Tul. nā, vt inquit Plato in Alcibiade, nõ ad probatos refugit iudices, qui ad vulgus ſere-
6 fert, † & vanæ voces hominum non perturbant animum ſapientis. l. decurionum. C. de pœnis. & ſcribit Luc. de Pen. in l. j. C. de impo. lucr. deſcr. lib. 11. num. 38. & ſeq. quia docendus eſt populus, non ſequendus. c. 3. 61. diſt.

7 Inconſtantia † enim humanæ fragilitatis cogit nos, vt ſæpe diuerſa, ſæpe contraria ſentiamus; non enim (vt inquit ille) voto viuimus vno, ſed velle ſuũ cuique eſt, & præcipuè in hoc tam vaſto pelago iuriſprudentiæ, quæ ſola opinione conſiſtit.

8 Hinc † antiqui iuriſperiti tarò per verbũ affirmatiuũ loquebantur, puta ſic eſſe ſtatuendum, ſed per verba dubitatiua, vt pote ſic videri, ita credere, vt per Bal. per illum tex. in l. ſi quis filio. §. irritum. de iniuſto, rupto, & irrit. teſt. & per verbum ſorte, etiam ſæpe reſpondebant: vt ſcribit Alex. in l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. & pup. vbi Iaſ. num. 5. & Dec. in c. c. ſuper his. num. 2 . de reſcr. & docet Ariſtot. 2. rethor. cap. 13. qui etiam in deciſionibus ſuis vtebatur hac voce forte: vt Euſthatius ipſius interpres ſcribit in c. 13. lib. 5. & Tul. in academi. quæſt. & pro Fonteio refert, veteres nihil, vt verum affirmare auſos fuiſſe. & idem tradit etiā Bal. in l. de tutel. C. de in integ. reſt. min. per Leos. C. de mod. mulc. & optimus tex. in l. ſi quis filium. §. irritum. ff. de iniuſ. rup. & irri. teſt. quin & iudices ipſi in prolatione ſententiarum vtebantur verbis dubitationem denotantibus, non clarè affirmantibus, nempe his, reum fuiſſe videri, abſoluendum videri, & ſimilibus verbis vtebātur, vt author eſt Tul. pro Cecinna, & in Verrina 3. & in 2. de finibus, & alibi ſæpe. & probatur apud nos in l. j. §. quæri poſſit. ff. ad turpil. & in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arb.

9 Præterea † videmus in ipſis collegiis iuriſprudentum ſuper propoſita facti ſpecie, varios varia ſentire, & licèt maior pars vincat, & ſecundùm maioris partis opinionem reſpondeatur ab vniuerſo collegio: attamen & contra illud reſponſum ſæpe iudicat iudex, & tamen non eſt veroſimile, quòd rectius ſentiat vnus quàm tot prudentes, qui cauſam ipſam accuratis diſputationibus in collegio ventillarunt, neque in tanto numero ſuſpicio cadere poteſt auaritiæ, ambitionis, aut aliorum affectuum, quos opponunt Picus, & Alciatus.

10 Negari † ẽt non poteſt, quin aliquando iudices rectiùs ſentiant, q̃ reſpondentes, quod contingit ſæpe ex mutatione facti, cũ iudex aliud reperit in fa-
11 cto, q̃ quod reſpondenti fuerit exhibitũ. † ideo Sceuola ſemper in reſponſis ſuis ſolebat vti hac clauſula, ſecundùm ea, quæ proponerentur, quā ſæpiſſime vſurpat Decius in reſponſis ſuis in principio. & Paulus Patauinus in l. Lucius. ff. famil. erc. & in calce re-
12 ſponſorum † ſolent etiā reſpondentes vti hac clauſula. ſaluo cuiuſcunque rectius ſentientis iudicio, de qua clauſula habetur in l. Claudius Felix, ad fin. ff. qui poti. in pign. hab. nihil enim eſt in iure noſtro non controuerſum, ſiue id faciat legum obſcuritas, ſiue contradicendi ſtudium multis innatum, ſiue oſtentatio, & gloriæ cupiditas non paucis quoque ingenita, ſiue humanitatis quædam infœlix fragilitas, ſiue ingeniorum ſubtilitas, ſiue aliud quidpiam, & ideo in tanta humana mentis caligine contenti eſſe debemus probabilitate, quæ tamē alia alijs videtur.

13 Et † aliquando contingit, vt adeo ambigua ſit cauſa propoſita, vt Delio indigeat reſponſore.

& legamus coram Dolabella proconſule Aſiæ propoſitam fuiſſe quandam cauſam, in qua adeo fluctuauit animus proconſulis, & eorum, qui in conſilio illi aderant, vt ignarus quid iudicare deberet, rem omnem ad Areopagum Athenienſium relegaret. Areopagitæ verò cognita cauſa neſcientes certum dare iudicium, iuſſerunt & accuſatorem, & accuſatum poſt centum annos ad ſe reuerti; vt refert Val. Max. lib. 8. c. 5. in vlt. ex. & Aul. Gel. noctiAttica. lib. 17. c. 7.

14 Exoriuntur † enim aliquando tam perplexæ quęſtiones; vt ſubſiſtendum ſit: nam & ſæpe antiqui iuriſconſulti propoſitis quæſtionibus ſubſiſtebant, neſcientes quid iudicandum foret, vt facit Vlpia. tantus iuriſconſultus in l. ſeruum quoque. in prin. ff. de procur. dum inquit. & quantum ad filiumfamilias verum eſt, in ſeruo verò ſubſiſtimus. & Celſus in l. ſi me, & Titium. ff. ſi certum petat. & Caliſtratus in l. ſemper. §. conductores. ff. de iure immuni. & alibi ſæpe.

15 Hinc † aliquando dicimus, quęſtionem aliquam adeo dubiam, vt indigeat deciſione Imperatoris, vt duas proponit Ang. in l. vlt. nu. 6. ff. de iur. omn. iud. & omnes in l. vlt. C. de pact. vbi Deci. in primo not.

16 Hinc † etiam eſt, quòd in re valde dubia noſtri conſulunt, vt diuiſione vtatur iudex, vt ſcilicet dimidia, de qua contenditur actori, dimidia reo aſſignetur, vt monent Ant. de Butr. & Petr. de Anchar. qui ſic conſuluerunt, inter conſilia Petri de Ancharan. conſi. 210. & ſequitur Socin. conſi. 150. nu. 40. in 2. col. verſi. finaliter iſtud. in 1. vol.

17 Et † in dubijs valde, & perplexis quæſtionibus excuſatur iudex, ſi pro amico iudicat, vt ſcribit Innoc. in c. ne innitaris. de conſtit. Bal. conſ. 492. nu. 1. in fi. in 3. & Afflict. deciſ. 384.

18 Quanquàm † ergo contra iuriſprudentum reſpõſa aliquando iudicetur, non tamen ideo reprehendendi ipſi reſpondentes, ſed ęquiore animo tolerãda opinionum varietas. nam & fortè reſpondens melius reſpondit, quàm iudex iudicauerit: & ſatis eſt conſulenti, vt rectè vtatur officio ſuo, licèt finẽ, in quem tendit, hoc eſt victoriam, non cõſequatur. nam & officium orationis eſt aptè dicere ad perſuadendum, finis autem eſt perſuadere, & tamen ſatis erit, atque optimus habebitur orator, ſi benè dicat, licèt non perſuadeat. non parum enim differt officium à fine, & medici officium non eſt ſanare, vt qui non ſanat, bonus nõ poſſit dici medicus, & peritus, ſed eius officium eſt curare ad ſanandum appoſitè. fieri etenim poteſt, vt nulla ratione ſanari quis poſſit, diligenter tamen, & ſcitè curetur; vt docet Ariſtot. Rhetor. c. 8. neque in manu oratoris ſemper eſt, vt perſuadeat, neque medici, vt ſanet, ſed ſi nihil prætermiſerint, quod ad eorum officium pertineat, abunde, & copioſè ſatisfeciſſe muneri ſuo dicentur.

19 Et † Gubernatoris nauis finis eſt portum ſalua naui tenere, & Imperatoris finis victoria; attamen & ſæpe ille naufragium facit, & iſte vincitur: ſi tamẽ omnia quæ eorum ſpectabant officium, rectè exercuerunt, non ideo amittent nomen peritorum in arte ſua, iuxta illud decantatum prouerbium, dum clauum rectum teneo. victi enim fuerunt & Anibal, & Pompeius, non tamen ideo minus celebrantur tamquam prudentes, & celeberrimi Imperatores.

20 Fortuna † enim in quacunque actione humana vult poteſtatem ſuam exercere, & ideo Vlp. noſter in l. 1. ff. de tranſact. appellat litem rem dubiam, & incertam. & Sceuola in l. quod debetur. ff. de pecul. dicit, dubium eſſe litis euentum. non enim ſunt de iure reſpondentes; vt Carneades, qui teſte Tul. in 2. de oratore, nullam unquam cauſam defendit, quam non probarit, nullam vnquam impugnauit, quam non euerterit.

Quid, quod & Paulus Patauinus fatetur in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. cõtra ipſius opinionem iudicatum. & ſi Paulo id contigit, quid mirum ſi id contigit & Ruyno, quod etiã ipſi Alciato contigiſſe ſæpiſſime certum eſt, & ipſe negare non poſſet.

21 Verùm † dum in vltimis verbis dicit Alciatus ſe credere iudicẽ maiori cura, ſtudio, & diligentia imminente famæ, & conſcientiæ ſuæ periculo officio vacare ſuo, quàm aduocatos, cũ hic modò, quæ in rẽ clientis faciunt, adducat, nil vltra teneatur inquirere.

Neſcio certè qua ratione rñdẽtem de iure aduocato comparauerit, inter quos non modica eſt dñia. nã aduocatus ſuſcipit cauſam tuendam ab ipſo initio, ipſamq; educit, agit, & prouehit tanquã alumnã ſuam vſque ad ſententiam, atq; ideo cogitur afficẽ cauſæ, & adeo affici, vt in eã ipſa teſtis eſſe non poſſit, vt docet Spec. in tit. de teſte. §. 1. col. 23. verſic. quid ſi aduocatus, & Guid. Pap. q. 45. & Deci. conſi. 133. nu. 4. & tamen conſultor poteſt eſſe teſtis, imo habetur loco teſtis, cum teſtatur ius, & iuſtitiam ſtare pro eo, pro quo reſpondit.

Item aduocati opera in facto præcipuè verſatur, an. ſ. probatum ſit vel nõ, & t iuriſperitus de facto non rñdet. præterea aduocati multa petunt, vt ſaltem aliqua conſequantur. & Quintil. lib. 4. dicit. vulgò dici iniquum petendum, vt æquum feratur; & tamen de iure reſpondens id tantùm curat, vt quid ius dictet, oſtendat, & ſuper iam petitis, & formata iam cauſa cõſulit, quid iuris. denique aduocatus licèt in iure decipiatur, nullam refert infamiam, conſulens autem, ſi perperam conſulat, famæ, & nominis ſuæ iacturam facit.

22 Sicut † ergo in his non ſunt comparandi aduocati reſpondentibus, ita fateor comparandos quò ad conſcientiæ periculum: non enim puto minus delinquere conſulentem, qui malum reddit conſiliũ valens, & ſciens, quàm aduocatum, qui doloſè iniuſtam tuetur cauſam, & ſi aliter ſentiret Alciatus, malè quidem ſentiret. nullum enim habet priuilegiũ aduocatus, vt poſſit iniuſtam cauſam ex propoſito tueri, conſulens autem non poſſit, cum vtriuſque nitida debeat eſſe conſcientia ſine dolo, & abſque alicuius deceptione.

23 Neque † enim puto, quò ad conſcientiam, & famam differre conſulentem à iudice, neque minus religioſos eſſe omnes debere in conſulendo quàm in iure reddendo, quinimo eandem & in iuriſconſulto, & in iudice religionẽ eſſe debere. nam quod Alciatus dicit, quod maiori cura inquirit verum iudex, quàm conſulens, hoc non admitto.

24 Licèt † enim æquè teneatur conſulens ſi negligenter ſuum exerceat officium, ſicut tenetur iudex, ſi rectè non vtatur munere ſuo: attamen conſulens quodam modo videtur magis ex profeſſo vti diligentia quàm iudex; nam iudex varijs occupatus cauſis, & negocijs non poteſt ita diligenter rimari omnia, ſicut conſulens, qui vt cauſam, pro qua putat reſpondendum, iuſtam eſſe perſuadeat, non tantum ex proceſſu nititur elicere rationes, ſed etiam ex intimis iuris concluſionibus communes excerpere ſententias, quod non modico indiget tẽpore, ſed etiam longa lectione, ac laborioſa cartarũ reuolutione, ſummaque diligentia, quæ tamen omnia non ita poteſt præſtare iudex.

25 Et † quò ad famam, & nomen magis puto periclitari conſulentem, ſi malè conſulat, quàm iudicem, ſi malè iudicet. nã licèt vterq; & in foro pœni-

tentiæ,

tentiæ, & ciuili teneatur, attamen cum profiteatur conſulens ſeire, quid ius diſponat, ſi in hoc decipiatur, certè maximam facit nominis ſui iacturam, irrideturque in futurum & à iudicibus, & à cæteris iuriſconſultis.

26 In † rñdente.n. debet eſſe authoritas, quam non poteſt ſibi comparare, niſi vendicet ſibi nomen rectè rñdendo & docti, & prudentis, & probi. iudex verò cum habeat pro ſe præſumptionem, quòd benè iudicauerit (niſi probentur ſordes) alta fronte incedens, tutus reſidet in ea præſumptione, & ideo minori periculo ſubiacet quoad nominis celebritatem, quam conſulens.

27 Neque † verum eſt dictum Alciati, quòd conſulens, dum omnia, quæ pro cliente ſuo faciunt, deducat, cætera curare non debet: cum imo conſulentis officium ſit, vt non modò accuratè clientis rationes enumeret, & colligat, ſed & diligentiſſimè contrarias rationes omnes eliciat, & illis accuratè reſpondeat.

Quod quidem maioris negocij eſt, quàm clientis rationes perſcribere: tota enim vis victoriæ conſiſtit in reſpondendo contrarijs, & qui benè contraria diluit, omnem punctum ſuſtuliſſe videtur, etiam ſi rationes ſuæ ſententiæ non ita diligentèr, & accuratè proponeret.

28 Quæ † tamen omnia in iudice ceſſant, cui omnia pro vtraque parte propoſita patent, & in nullo alio verſatur eius labor, quàm in ſeligendo quod verum eſt, & iuſtum, qui tamen labor communis eſt etiam conſulenti.

29 Extrema † etiam parte parergon ſui Alciatus nõ contẽtus obiectis ſupra ſcriptis, non eſt veritus hũc etiam in eos aculeum infigere. Videlicet quòd aduocatus nunquam erit bonus iudex, quòd comprobat hiſce Palladæ carminibus.

Quiſquis cauſidicus fuit, is ne iudicet vnquam
Rhetore ſit quamuis doctior Iſocrate
Venali vir lingua, & opes acquirere ſuetus
Iudicium haud vnquam ſordibus abſque feret.

30 Perſiſtit † quidem Alciatus in ea opinione, vt cõſulentem aduocato in omnibus æquipararet, quos tamen differre ſupra oſtendi, & ideo non rectè colligi, aduocatus non debet eſſe iudex, ergo nec conſulens. & præterea iudex nullam poteſt in hac ſcena perſonam agere, cum quæſtio propoſita per Alciatum ſit, an reſponſa iuriſprudentum ſint edenda nec ne, in qua quæſtione, quid faciat iudex, non video.

31 Sed † poſtremò ſuperius ſum ſæpe profeſſus, me dum loquor de conſulente, & de iure reſpondente, loqui de viro bono, integræ conſcientiæ, & probitatis inculpatæ, ac præexcellentis doctrinæ, non autem de improbo, & venali, cum is neque iuriſcõſulti nomen mereatur.

Admittam ergo quòd venalis aduocatus facilè non ſit futurus bonus iudex, quanquàm, & id poteſt aliquando contingere, vt bonus fiat.

32 Quòd † ſi loquamur de aduocato, qui vir ſit bonus, contendam ſemper meliorem futurum iudicem, qui bonus, & probus fuerit patronus, quàm alium quempiam, qui in foro non ſit verſatus.

Nam cum iudex debeat eſſe cautus, neque permittere debeat ſe decipi; aduocatus, qui à fori experientia iam didicit omnes modos decipiendi, quibus impertitus fuit in foro, facilè iudex factus ſciet euitare cauillationes, & alias decipulas, quibus aduocati mali vti ſolent, & omnes inſidias pariter facilius effugiet, quæ ab aduocatis parari ſolent iudicibus.

NON ESSE NOVVM IVRISCONSVLTOS A' IVRISC. REPREHENDI, PROVT ab Alciato factum eſt.

CAPVT XX.

SVMMARIVM.

1 *Reprehenduntur ſe ſæpe iuriſconſulti & antiqui & recentiores. & nu. 3.4.5. & 7.*

Alcia. reprehenditur, quòd omnes reprehendat, nemini que parcat.

2 *Librorum editionem fugere, hoc eſt indicium læſæ conſcientiæ.*

4 *Solatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum.*

6 *Modeſtia vti debuit Alciatus, quæ maxima virtus eſt.*

Maledici reprehenduntur. ibid.

FERENDVS certè, ac fortè laudandus fuiſſet Alciatus ſi aliquẽ ex iuriſprudentibus reprehendendũ ſibi ſumpſiſſet, uel plures & in vna, uel altera quæſtione, vt in paradoxis fecit, & alij multi veteres fecerũt, ſed vno faſce omnes iuriſprudentes reſpõſa edentes reprehẽdere nullo excepto, non ſolùm circa ipſa reſponſa, quòd ſcilicet ſint infidi, venales, ambitioſi, bardi, pueri, & ſine mente bona, & quòd malè conſulant, ſed & in eo, quòd reſponſa etiam bona edant. hoc verè paradoxum eſt admirabile, & inauditum, cum a nata iuriſprudentia Romana ad hæc tempora nullus reperiatur, qui auſus fuerit hunc tam honeſtum conatum editionis improbare.

2 Nolle enim, vel timere edere, ne videantur, quæ ſcripſeris, certè vr̃ indicium quoddam olere læſę cõſcientiæ. nam & Tul. in oratore refert M. Antoniũ oratorem illum celeberrimũ noluiſſe edere orationes ſuas, ne deprehenſus in aliquo errore, prohibeatur negare ſe illud dixiſſe: cum teſtem contra ſe haberet ſcriptũ ſuum. ſed & eidem Tul. idẽ exprobrauit Q. Fuſius Calenus, qui M. Antoniũ, qui poſtea fuit triumuir aduerſus Tul. defendebat, quòd ſ. Tull. libros cõſcripſiſſet, quos improbitatis ſuæ cõſcius emittere in publicũ auſus nõ eſt, vt author Dio. lib. 46.

3 Verùm † reprehenſi ab Alciato conſolationem hanc percipere poſſunt, quòd & alij inſignes, atque illuſtres iuriſprudentes etiam antiqui canino dente ſunt impetiti, cum teſte Poeta.

4 Solatium † ſit miſeris ſocios habere pœnarũ. nã & Serbidius, ſiue Seruilius Sceuola, qui vixit tẽpore Antonini Imperatoris, & etiam Seueri ſtultitiæ non ſemel eſt inſimulatus, vt etiam ipſe Alciatus lib. 4. parergon. c. 1. ſcriptum reliquit. & Pli. iunior lib. 6. epiſtolarum Priſcum Iauolenũ notat, tanquã non ſani capitis. deriſus eſt etiam Nerua, vt teſtatur Vlpia. in l. vltima. ff. ex quib. cau. pign. taci. contra. ſed inter morſum modeſtum, ac leuem, & inter venenatum multùm intereſt.

5 Nam † veteres iuriſconſul i paritèr aliquando & modeſtè reprehendebant, vt Paulus reprehendit Vlpianum ſuppreſſo nomine, dum dicit, quidam dicebat, in l. lecta. ff. ſi cer. pet. & ſub hac voce alia reprehenſio fit in l. 2. §. in diem. ff. pro empt. & aliquãdo etiam immodeſtè, & petulanter: vt Iuuentius Celſus Labeonem in l. Domitius Labeo. ff. de teſta. & Q. Mutius Seruium Sulpitium, vt refert Pompo. in l. 2. §. Seruius. ff. de orig. iur.

6 Potuit † quidem Alciatus modeſtius, ac temperantius cauſam ſuppreſſionis conſiliorum ſuorum ſine aliorum iniuria reddere, tacito etiam nomine Pauli, Alexandri, Socini, Decij, Iaſ. & aliorum. nam & modeſtia claram & ſtabilem parat authoritatem: vt inquit Tul. lib. 2. de inuentione. & Menander græcus poeta promptuarium virtutis appellat modeſtiam, ſicut & Euripides appellat eam donum pulcherrimum Deorum. & Iacob. Apoſtolus in epiſtola ſua. c. 4. inquit, nolite detrahere alterutrũ fratres mei, qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem. nam, vt inquit Oratius ſermo j. ſatyra 4.

Abſentem qui rodit amicum.
Qui non defendit alio culpante: ſolutos
Qui captat riſus hominum, famamque dicacis
Fingere qui non viſa poteſt comiſſa tacere,
Qui nequit, hic niger eſt, hũc tu Romane caueto.

Et Tul. in officiis ſcribit, ꝙ detrahere alteri, & hominis incõmodo ſuum cõmodum augere magis eſt contra naturã, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ poſſunt aut corpori accidere, aut rebus externis: nam ſic tollitur conuictus hominum, & humana ſocietas.

7 Quòd † ſi vnum vel alterum in aliquibus tantùm reprehendiſſet Alciatus, certè tolerari potuiſſet; nã in hac tam varia diſciplina nullus unquam reperietur, qui ab aliquo non fuerit reprehenſus, vt inquit Ang. in l. minus inſtructus. ff. de acquir. poſſ. quem refert Soc. conſi. 140. nu. 15. in prin. & per Boer. deciſ. 155. nu. 24. & ſeq. ſed nullum excipere, hoc certè neſcio, an modeſti ſit hominis.

EXCVSANTVR DE IVRE RESPONDENTES A' MVLTIS ALIIS OBIECTIS.

CAPVT XXI.

SVMMARIVM.

1 *Conſulentes ſæpe inter ſe contrarij, ſed excuſantur.*
2 *Sectæ antiquorum profeſſorum omnium ſcientiarũ contrariæ & nu. ſeq.*
4 *Apoſtoli quandoque contrarij.*
Simbolum fidei quare factum ab Apoſtolis.
5 *Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.*
Opiniones hominum vanæ.
6 *Contrarietates opinionum ſemper fuerunt.*
7 *Contrarietates opinionum non poſſent aliter ſedare quàm Imperatoris decretis. & nu. 8.*
9 *Hæreſes plures ob varias opiniones.*
10 *Sancti quoque contrarij.*
11 *Opinionum varietas vnde.*
12 *Variarum opinionum effectus.*
Conſulens excuſatur in conflictu variarũ opinionũ.
13 *Contrarij ſibi ipſis conſulentes, ſed excuſantur.*
14 *Papinianus ſibi ipſi contrarius.*
15 *Hieronimus ſe ipſum corrigit.*
16 *Socinus ſe ipſum corrigit.*
17 *Bart. Saly. & alij ſe ipſos correxerunt.*
Errarunt plures magni uiri. ibid. & nu. ſeq.
18 *Hypocrates ſe ipſum correxit.*
Medici ſe ipſos correxerunt.
19 *Tullius ſe ipſum correxit.*
20 *Quintilianus ſe ipſum correxit.*
21 *Contrarij ſibi ipſis excuſari non poſſunt.*
22 *Dubijs in cauſis vir bonus poteſt adherere cui parti malit.*
23 *Excuſatur iudex propter varietatem opinionum.*
Conſulens excuſatur propter varietatem opinionũ etiam ſi in iure erraret.
24 *Perfectus nullus in diſciplinis.*
25 *Variare poteſt conſulens concurrentibus varijs opinionibus, & ſemel tantùm non pluries.*
26 *Contrarietas conſulentis excuſatur ſi vno in loco perfunctoriè quid dixit, alio vero ex profeſſo.*
27 *Enunciatiua verba non probant, quando illud quod enunciatum eſt principaliter cadit in dubium.*
28 *Calumniatores captant verba enũtiatiuè prolata.*
29 *Contrarietas eiuſdem pro affirmatiua, & negatiua Conſulens excuſatur propter modicam facti mutationem.*
30 *Statuta variantur propter varietatem tẽporum.*
31 *Contrarietas conſulentis excuſatur ſi ſecundùm tẽporum varietatem contraria ſenſerit.*
32 *Alciatus contrarius ſibi ipſi.*
33 *Senior factus quandoque mutat opinionem.*
34 *Contrarietas excuſatur ex fragilitate humana.*
35 *Memoria lapſi plures magni viri ſibi contrarij.*
36 *Contrarietas ſuimet non rite excuſatur ex lapſu memoriæ.*
37 *Cõtrarietas ſæpe oritur, quia litigãtes variãt ĩ facto Litigantes ſæpe decipiunt cõſulentes in narratione facti, vnde ſæpe oritur cõtrarietas conſulentium.*
38 *Proceſſus exhibẽdi cõſulenti nõ ſola facti narratio.*
39 *Litigantes ſæpe factum malè narrant.*

IAM ſatis puto oſtẽſum fuiſſe Pici, & Alciati ſententiã probabilem nõ eſſe, neq; recipiendam; cum nullum habeant ſubſcribentẽ. verùm quia à vulgo, & imperitis hominibus audio plura obijci cõſultoribus, q̃ tacitè etiã per Alciatum fuerunt obiecta, ideo vt pro viribus tutos reddam reſpondentes ab omni calumnia, modò ſint boni viri, & conſcientiæ inculpatæ, putaui non attentaturum me quid impertinens ad inſtitutũ meũ, ſi breuiter perſtringã obiecta, & breuiter quoq; excuſationes probabiles ſubijciam.

1 Impugnant † ergo aliqui ipſos reſpondentes, ꝙ ſæpe inuicem digladientur, & contrarij ſint: cũ nulla videatur hodie cauſa, quæ non habeat conſulentes alios pro actore, alios pro reo, ergo neceſſariũ videtur, quòd alter malè conſulat.

Sed facile reſpondetur, hoc commune eſſe omnibus diſcipulis, vt earum periti in deciſione quæſtionum varij ſint. nam & antiqui noſtri iuriſperiti ante Iuſtinianum varijs opinionibus certarunt, & notas, ac reprehenſiones in ſcripta aliorum edidere, vt in Papiniani reſponſa Paulus, & in eiuſdem quæſtiones Vlpianus, & Salui. Iulianus in ſcripta Marcelli, & Claudius Triphonius in Serbidiũ Sceuolã, & alij plures in alios dentẽ exercuerunt, vt legi põt in indice librorũ iuriſconſultorũ pſcripto libris digeſtorũ, & in vna, & eadẽ q̃one varię opiniones plurĩũ iuriſprudentũ referunt, in l. ꝓximè, q̃ eſt penult. ff. de ijs, qui in teſt. delẽt. & Celius in deridẽdis alijs
2 iuriſcõſultis eſt ſatis multus, † ſic Labeo, & Atteius Capito,

Capito; tametſi maximi fuerint habiti iuris conſulti tempore Auguſti, attamen dum ſe inuicem reprehendunt, & cootraria ſentiunt, magno fuerunt incommodo eo tempore ſtudioſis iuris, præſertim cum & eorum diſcipuli quaſi hæreditario iure implacabilibus diſcordijs ſemper cõtenderint, ſectaſque pertinaciſsimas excitarunt. Capitonem enim ſequuti ſunt Caſsius, Lnnginus, & Maſurius Sabinus, ac Cælius item Sabinus, Labeonẽ autem Nerua, & Proculus, qui præceptorum ſuorum diſſenſiones maximè auxerunt, & ad ſnos quoque andirores ipſi tranſmiſerunt. Hinc ſactum eſt, vt in libris digeſtorum Sabinianorum, & Proculianorum diſſenſionum veſtigia plura videantur: vt in l. quidam referunt. de iure codi. & in l. non amplius. & l. vlt. ff. de leg. 3. & in l. 1. de contrahen. emptio. & in l. adeo. §. cum quis ex aliena. ff. de rer. diui. & in l. 1. ff. rerum amo. & in l. ita ſtipulatus. §. ſed & ſi ita. ff. de verbor. obligationib. & in l. eum, qui certarum. ff. eo. tit. & in l. ſi duo. §. vlt. ff. de ſoluti. & slibi ſæpe.

3 Denique † nulla eſt tam ſancta diſciplina, quæ ſectas ſuas non habuerit inter ſe contrarias, vt apud Indos gimnoſopbiſtę, qui in duas ſectas diuiſi erãt, altera Brachmaneorum, ſiue Brachmanum, altera Samaneorum, & apud bæbreos Phariſei, Saducei, Aeſſei, & apud Grecos philoſophos Peripatetici, & Academici, & inter ipſos Platonicos ſea leguntur emerſiſſæ ſectæ, & apud medicos quidam empirici, quidam methodici, quidam dogmatici; ſic & tẽpore Accurſij, quidam Bulgarum, quidam Martinum ſequebaotur, & tempore Bartoli, & Baldi Ciſalpini, & tranſalpini perpetuas, & pertinaciſsimas inter ſe controuerſias eaercebant.

4 Quin † quòd & Apoſtoli ſancti inter ſe aliquando diſſenſerunt, vt Petrus, & Paulus ſuper circumciſione, & Paulus, & Barnabas, cum alter alteri cedere nollet; cum eſſent itineris ſocij in varias regiones ſe tranſtulerunt, vt haberur actuum c. 15. in fin. & ipſi omnes Apoſtoli timentes bumanam ſragilitatem cum diuiderent actiones, & cuilibet eorum aſsignaretur regio aliqua, in qua Euangelium prædicarent, antequam diſcederẽt, licèt Spiritusſancto, qui nunquam fallit, ſcirent ſe afflatos, ramen verentes ne propter humanam fragilitatem in aliquo eſſent contrarij, & ſic vatiè docerent, ſymbolum compoſuerunt, in quo deſcripti ſunt omnes articuli fidei Chriſtianæ à quibus nulli fas eſſet declinare; vt author eſt Auguſtinus ſermone de tẽpore 181. qui eſt primus in vigilia penthecoſtes, in prefatione.

5 Velle † enim ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno, inquit Perſ. & Flaccus.

Tres mihi conuiuæ prope diſſentire videntur
Poſcente varia, multum diuerſa palato.

Cuius ratio hæc eſt ſecundum Tul. de orator. ꝙ loci ſunt quidam communes ex quibus contrariæ opiniones tueri, ac deſendi poſſunt, nam & rhetoricæ ars dicitur ſibi contraria: quia in vtramque partem docet dicere, & tamen pro vna dumtaxat parte ſtat ipſum verum: vterque enim putat verum dicere, ſi vterque ſit bonus, & quod plus eſt, utrumq; dictum poteſt eſſe iuſtum, ſed vnum alteto iuſtius.

6 Neque † igitur nunc in hac noſtra ſcientia deploranda eſt contrarietas iuriſprudentum, quod & aliis ſeculis ea eiſdem cauſis contigiſſe ſcimus. nam & Demoſthenes in oratione contra Leptinem deplorat illa infœlicia tẽpora, quibus apud Athenienſes aliquãdo tot ſuerunt inter ſe pugnantes ſanctiones iuris: vt omnino fuerit neceſſe creare magiſtratus, qui annotarent cootraria, & antinomias illas ſedarent, tanta autẽ, & tot (inquit) fuiſſe, vt nil pro fecerint, & adeò fuerint Infinita diſsidia, vt componi nõ potuerint, ita vt melius fuerit omnia relinquere, vt collatis ipſis contrariis. prout caſus eueniſſet, quid iuſtius videretur, iudices arbitrarẽtur. & Tul. lib. 1. de leg. ſcribit, quendam L. Gellium cũ proconſule ex prætura in Græciam veniſſet, Athenis philoſophos oẽs, qui tum ibi erant, in vnũ conuocaſſe, perſuaſiſſeq;, vt de tot diſsidiis inter eos tandẽ cõponerent, & illis ad hoc operam ſuã pollicitus eſt, q̃ tñ ab illis deriſus fuit, ꝙ maiores, & obſcuriores forẽt eorũ controuerſiæ q̃ vt poſſent facile cõponi.

7 Et † certè nulla alia ratione poſſent diſsidia noſtra cõponi, quàm Imperatoris deciſionibus, qui cõtrouerſias, quæ legibus pandectarum non ſunt diffinitæ, ipſe terminaret, vt eſt illa, an duorũ fratrũ filij ſuccedant in capita, an in ſtirpes, quæ diremptafuit per Carolũ V. 1529. in Spirẽſibus comitiis, qui approbauit illam ſententiã, ꝙ in capita ſuccederẽt, vt in l. 2. §. hæreditas. ff. de ſu. & legiti. & in l. 1. ad fi. ff. ſi par. hær. peta, prout & antiquitus Imperatores plura diſsidia inter aduocatos Cęſarienſes orta terminarunt; vt in l. vlt. C. de pac. & in l. ſi maior. C. de legi. hære. & in §. vlt. inſt. quib. alie. lic. vel non, & in §. item verborum. inſti. de inutil. ſtip.

8 Sic † & diſsidia inter canonici iuris profeſſores poſſent à Pontifice ſedari; vt docet Ant. de But. in c. ſuper. in 4. no. nu. 11. de reſcrip. quẽ refert Aufrer. in tract. de poteſtate Eccleſiaſtica ſuper laycos, caſu. t 12. nu. 51. in fi. nam & Iuſtinianus inquit in l. 2. §. ſed & ſi quid ambigui in legibus occurrit ab Imperiali culmine decidatur.

9 Omitto † tot varias hæreticorũ ſectas à Chriſto paſſo vſq; ad noſtra tẽpora, q̃ catholicos ſuneſtè, & miſerabiliter vexarunt, & vexãt nõ ſine magno totius Reipublicæ Chriſtianæ ſcandalo & diſpendio.

10 Et † Hieronymus, & Auguſtinus duo tãti doctores, & Chriſtianę theologiæ lumina valde contenderũt ſup authoritate trãſlationis veteris teſtamẽti p 70. interp̃tes factæ: vt ex eorũ epiſtolis cõſtat, & poſt hos Thomas de Aquino, & Scotus, à quib. hodie duas & acertimas ſcholaſticorũ ſectas hẽmus, ſcilicet eorũ, qui thomiſtæ, & eorũ, qui ſcotiſtæ dũr.

11 Quæ † opinionum varietas ex eo inſurgit: quia ſunt multæ materiæ, multæ quæſtiones, de quibus nullam certam habemus legẽ, ſed bene multas opiniones, ut ſcribit Pau. in l. ſeruum quoque. §. publicè. nu. 6. ff. de proc. non pñt. n. oĩa legibus cõprehendi; vt inquit tex. in l. neq; leges. ff. de legi. & ipſis ẽt legib. latis cępit, vt naturaliter euenire ſolet, vt deſideraretur iuriſprudentũ authoritas, neceſſariaq; foret diſputatio, inquit Pompo. in l. 2. de orig. iur.

Hinc ergo orta opinionum cõtrarietas, dum ſcilicet vnus leges vult applicare modo ſuo ad caſum de nouo emergentem, & alius contra contendat non eſſe ſimiles, aut aptas: quia imo contrarium ex alio ſimili ſtatuendum ſit.

12 Quæ † ſententiarũ uarietas id tamùm efficit, vt conſulens in conflictu variarum opinionum excuſetur, ſi aliquando perperam conſulit, & ſi perperam etiam iudicat iudex: vt notant omnes in l. iuris ignorantia. vbi Dec. nu. 9. C. qui adm. Soc. conſi. 15. in fi. & conſi. 33. nu. 10. Crau. conſi. 145. nu. 19. & Socin. iun. conſi. 116. nu. 83. in primo.

13 Obiiciunt † alij reſpondentibus de iure, quòd non modò alter alteri ſit contrarius, ſed vnus, & & idem ſibi ipſi repugnet, cui etiam ſufficeret, ſi reſponderemus, vt ſupra ad præcedens reſponſum fuit, ſcilicet, quòd hoc eſt vitium fragilitatis humanæ, ac incertitudinis diſciplinarum, quæ circa mores, bonum, & æquum, ac iuſtum verſantur, cũ aliud mihi heri iuſtũ, & æquũ, aliud hodie videatur.

poteſt enim, inquit Tul. in oratore, non ſolùm aliud
mihi, & tibi, ſed & mihi aliud aliàs videri: neque ẽt
inconuenit humanæ imbecillitati, quòd hodie er-
rauerim, & cras errorem emendem.
14 Et † Papinianus totiesà Iuſtiniano ſummè lau-
datus non erubuit fateri ſe diuerſa ſenſiſſe, vt facit
in l. ſi venditor. §. vlt. de ſeruis expor. & in l. vlt. C.
de fur. & Sceuola mutauit opinionem in l. qui bo-
na fide. §. ſi quis bona. ff. de acquiren. rer. domin.
15 & † Hieronymus ſanctus ſe ipſum corrigit in Eſaia
in interpretatione poſteriori, in præfatione, & fa-
tetur ſe deceptum, dicens melius eſſe ſeipſum cor-
rigere, quàm expectare ab alio corrigi. & altera co-
lumna fidei Auguſtinus librum non paruum edidit
rettactationum; quo corrigit multa, & varia per ſe
non bene ſcripta.
16 Sic † & Socin. iun. conſil. 3. num. 35. corrigit ſe
ipſum. & Angel. in auten. matri, & auiæ. C. quan-
do mul. tutel. officio fungi poſſ. atteſtatur, mutare
17 opinionem eum non pudere. & † Barth. de Sali.
vir magnæ doctrinæ in iure noſtro duo edidit con-
ſilia in eadem cauſa contraria, & ingenuè faſſus
eſt, ſe in primo erraſſe; vt teſtatur Petrus Ferar. in
ſua pratica in forma libelli, quo agitur ad reuoca-
tionem feudi; in verſic. nec ſuperſtitibus, mihi col.
8. verſic. circa autem præmiſſa. & Iaſ. in l. filiusfam.
§. diui. in 2. lectura num. 141. de leg. 1. dicit ſe aliàs
cònſuluiſſe pro vna parte, & quòd tunc conſuluiſſet
pro aduerſa, & tamen quòd pro prima fuerat iudi-
catum.
18 Et † Hipocrates medicorum Eſculapius, qui vi-
detur nunquã fefelliſſe, neq; falli potuiſſe, aliquos
errores ſuos emendauit, ne poſteri eius authoritati
19 deferentes, fallerentur † ſic & Tul. multas in libro
de oratore figuras probauit, quas in oratore ad
Brutũ omittendo damnaſſe videtur, vt inquit Quin
20 til. lib. 9. c. 3. qui † etiam non dubitauit aliquos à ſe
editos libros alijs poſtea ſcriptis ipſe damnare, vt
Catullum, atque Lucullum, cuius exemplo Quin-
til. lib. 3. c. 6. ſeipſum corrigit, & inquit, quòd licèt
fortaſſe ſibi tutius fuiſſet (ſi famæ ſtuduiſſet) nihil
ex eo mutare, quod multis annis non ſenſiſſet mo
do, ſed etiam approbaſſet, attamen (inquit) non
ſuſtineo conſcius mihi diſſimulare, præſertim in eo,
quod ad vtilitatẽ poſterorum cõponimus: etenim
ſuperuacuus foret in ſtudijs longior labor, ſi nihil
liceret inuenire melius præteritis.
21 Quanquàm † autem aliorum mos in humana
fragilitate fundatus iuſtè conſulentium varieta-
tem poſsit excuſare, non ſunt tamen ſine excuſa-
tione etiam conſulentes, qui videntur varia, & con
traria ipſi ſenſiſſe. nam aut non poteſt excuſari con
trarietas, & tunc tam ſtolidum hominem iudica-
22 bo delendum ex albo iuriſperitorum † ſi verò du-
bia ſit valde cauſa, tunc ex illa dubietate tantùm,
putarim illum excuſandum, ſequutus authoritatẽ
Innocentij in cap. ne innitaris. de conſtit. & in cap.
per tuas. de ſimon. & Bald. in l. ab eo. C. quomodo,
& quando iud. & Cacialup. in tracta. de tranſactio.
quæſt. 12. col. 2. & ſequent. & deciſ. Neapol. 384.
in fin. nam in conflictu variarum opinionum vir bo-
nus habet habenas liberas, cui adhæreat, vt inquit
Bald. conſil. 492. incipien. in cauſa vertente inter
Blaſium Matheoli, nu. 1. in fin. & in verſic. præter-
ea ſi quæreretur, in tertio. non enim in dubijs quæ-
ſtionibus abſolutum debet eſſe iudicium, cap. vlt.
33. diſtinct. & Afflict. in deciſ. Neapol. deciſ. 13.
23 num. 29. Nam † propter ambiguitatem reſultan-
tem ex opinionum contrarietate excuſatur iudex,
& conſulens, etiam ſi in iure erraret. l. iuris error.
vbi Deci. num. 9. C. qui ad. Socin. conſil. 15. in pri.
in fin. & conſil. 13. nu. 10. in quarto, & Crau. conſi.
245. num. 19. & Socin. iun. conſi. 116. num. 83. in fin.
24 & dixi etiam ſupra † nemo enim in hac diſciplina,
prout in omnibus alijs tam perfectus eſſe poteſt, vt
non poſſit aliquando errare, vt inquit Angel. in
l. 2. ibi, perfectæ artis. C. de vſucap. pro emp. & And.
Sicul. in cap. in præſentia. nu. 77. de proba. & Boer.
deciſ. 155. num. 25.
25 Putarim † ergo reſpondentem de iure poſſe in
dubijs quæſtionibus variare aliquando, ſed ſemel
tantùm, non autem ferendus, ſi pluries id fecerit,
iuxta gloſſ. in l. quidquid aſtringendæ. ff. de verbo.
obligationib. Bald. in l. 2. C. de ſentent. ex breuil.
reci. & in l. vlt. C. de codicill. & probatur per tex. in
l. ſi quis iuſiurandum. C. de rebus cred. per quem
text. idem dixit Bald. quòd permiſſa variatione in-
telligitur de prima. & idem Bald. in authen. habita.
col. 7. verſic. primò dubitatur, ſi ſcholaris. C. ne fil.
pro patre, ſequitur Iaſ. in l. prætor. §. ſi aliquando.
col. 3. verſicu. tertio nota. ff. de noui oper. nuncia.
& in l. edita. col. 4. verſic. & attende diligenter C.
de eden. & Calder. conſi. 21. incip. an laycus poſſit
ſub tit. de iurepatro. ſequitur Dec. conſi. 609. col.
2. verſic. ſecundò hoc probatur.
26 Alia † etiam, & quidem iuſta ratione poſſunt ſe
excuſare ab obiecto vitio varietatis reſponden-
tes, quòd ſcilicet ſæpè contingit, vt conſulens obi-
ter, & perfunctoriè quid ſcribat in conſilio, cuius
tamen contrarium ſi ex profeſſo ſuper illo puncto
conſulendum foret, contrarium concluderet. non
enim quid currenti calamo excidit, perpendi de-
bet, ſed id tantùm, ſuper quo principaliter deci-
ſio requiritur; vt inquit Bartol. in l. 1. in princip.
C. de pact. & in l. ſi quis ſeruum. ff. de conditionib.
& demonſtrationib. & Corn. conſi. 4. circa princ. &
in verſic. & licèt, in quarto, & conſi 7. num. 1. eo. vo-
lum. & Socin. iun. conſi. 69. num. 30. verſic. & dicit
Socin. præterea, & conſil. 93. num. 62. ad fin. & con-
ſil. 143. num. 5. & 6. in tertio, & Gozadin. conſilio
96. num. 8.
27 Et † hinc eſt, quòd verba enunciatiuè prolata,
licèt probent inter eaſdem perſonas, tamen etiam
inter eas non probabunt, quando poſtea princi-
paliter in dubium reuocantur; vt per Anto. de But.
in cap. illud. de præſumptio. cum multis concord.
adductis per Dec. conſil. 53. num. 5. & alibi ſæpe
ſcribentes: ea enim tantùm attendenda, & conſi-
deranda ſunt, quæ intento animo ſcribuntur, &
principali intentione, non autem ea, quæ dum im
peditus eſt animus in ipſo ſtatu cauſæ perpenden-
28 do aliquid incidenter ſcribit † captant ideo ali-
quando calumniatores anſam calumniandi à qui-
buſdam verbis enunciatiuè, & obiter prolatis,
quæ conſulens nunquam protuliſſet, ſi ſuper eis
cardo quæſtionis verteretur; ideo in hoc excuſan-
di, cum actus agentium non operentur præter eo
rum intentionem.
29 Inſimulant † plerumque & obijciunt inuidi de
iure reſpondentibus, quod ſunt ſibi ipſis contra-
rij in vno reſponſo pro affirmatiua, in alio pro ne-
gatiua in eadem quæſtione reſpondentes: cum ta-
men id verum non ſit, ſed videntur variè reſpon-
diſſe propter facti varietatem, quæ ſi vel modica
ſit, facit totum ius mutari: quia ex ipſo facto ius
oritur. l. ſi ex plagis. §. in cliuo Capitolino. ff ad
l. Aquil. neque dicitur diſcrepare, quod poteſt
diuerſis caſibus diuerſimode conuenire, vt inquit
30 Bald. conſil. 256. in princip. 3. volum. Nam † non
debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varie-
tatem temporum ſtatuta varientur humana, vt
inquit text. in cap. debet. de conſanguin. & affini.

qun

quo ſit: vt multi allegentur pro contrarijs ſibi ip-
ſis, qui verè contrarij non reperientur, ſi quis ſub
tili animo diuerſitates circumſtantiarum, & ratio-
num excutiet, vt de ſuis legibus inquit Iuſtinia. in l.
2.§.contrarium autem.C. de vete. iur.enn.
31 Et † L.Craſſus cum ſibi obijcerentur duæ oratio-
nes, quæ contrariæ videbantur accuſante M. Bruto
L.Plancum, quem Craſſus defendebat, ita ſe defen-
dit, vt oſtenſa diuerſitate temporum, & cauſarum iu
ſtè vtraque in oratione ſenſiſſe videretur.
32 Qua ratione etiam Tul.ſe excuſat pro Planc. † &
ipſemet Alciatus, qui alijs hanc notam inurit, eiuſ-
dem notæ ſit ipſe reus. nam Illuſt. Cardinalis Alcia-
tus, & ipſius hæres in præfatione ad conſilia Andreę
per eum edita, inquit. quòd licèt in eius reſponſis a-
liqua videantur contraria, non tamen id verum, ſi
omnia perpendantur, id enim ne caderet, ſedulo ſe
vitaſſe proteſtatur. ergo credendum aliqua contra-
ria ipſum inueniſſe, quæ ſupprimi voluit, & non im-
primi tanquam contraria, licèt ab hac contrarieta-
33 te etiam illum excuſet ex eo, quòd † ſenior factus
receſſerit quandoque ab illis opinionibus, quæ ipſi
iuniori alias placuerunt.
Eſt ergo etiam alia excuſationis ſpecies à contra
rietate obiectæ, quòd ſcilicet mutare licèt per æta-
tem opinionem, vt ideò nil mirum ſit, ſi aliud iuue-
nis, aliud ſenior ſentiat. nam & Beatus Paulus ran-
tus Apoſtolus ad Corinth. j.c. 13. inquit. cum eram
paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruu-
lus, cogitabam vt paruulus, quando autẽ factus ſum
vir, euacuaui, quæ erant paruuli. & notum eſt pro-
uerbiũ, quòd bos ſenior grauius figit pedem, quod
vſurpat beatus Hierony. ſcribens ad Auguſtinum.
34 Quod † ſi etiam deficeret excuſatio validior, non
deeſt illa, quam ponit Iuſtinianus in l.2.§.contrariũ.
de vete. iur. enu. qui dicens nullum contrarium repe
riri in ſuis legibus, inquit. & ſi quid tale fortè repe-
rietur, mortalis ingenij exiguitas excuſanda erit, &
præſertim ex fluxu memoriæ.
35 Nam † & Vrbanus Pontifex non habuit memo-
riam eorum, quæ ſtatuerat Leo Papa in c. quid au-
tem. 30.q.3. & tñ Vrbanus oĩa iura in ſcrinio pecto-
ris dicebatur habere, vt ſcripſit Bal. conſi.498. in 4.
Et Soci. conſi. 50. nu. 14. cir. fi. refert, quod in eo-
dem articulo quatuordecim iuriſconſulti primates
Italiæ pro vtraque parte affirmatiua ſcilicet & nega
tiua conſuluerunt in illa quæſtione, an ſtante ſtatuto
excludente fœminas admiſſis maſculis filia excluſa
poſſit petere ſupplementum legitimæ, excuſat tamẽ
ipſos Soci. ex lapſu memoriæ nempè curſu 15. an-
norum, qui intercesſerunt à primis reſponſis ad ſe-
cunda, & quòd non ſpe lucri, ſed ob varietatem opi
nionum id fecerunt.
36 Quam † tamen excuſationem paſſim admitten-
dam nunquam cenſuerim, nam licèt fragilitate me
moriæ hoc ſæpe contingit, quòd obliti neſciamus,
an pro aliqua parte conſuluerimus in aliquo articu
lo, quòd nominum conſultantium memoriæ lapſu
ſæpe contingat, attamen cum conſulens ad reſpon-
dendum ſe accingit, videtur impoſſibile, vel ſaltem
rarum, quòd non recordetur ſe aliàs in eo articulo
conſuluiſſe, & ꝙ verius eſt, non occurrant ſibi imagi
nes, quas aliàs etiam occurriſſe meminerit circa arti
culum illum; hoc enim naturale eſt menti noſtræ, ꝙ
dum contemplamur aliquid, imagines quædam oc-
currant, & rationes, quæ adeo infixæ remanent, vt
longo tempore poſt occurrente eadem contempla
tione, ſtatim ſe ſe offerant, tanta eſt vis reminiſcen-
tiæ, quæ in ijs, quæ ipſa mens cum aliqua impreſſio-
ne moratur, multùm viget.
37 Reijcienda † eſt etiam aliquando culpa in ipſos li
tigatores conſultantes, qui factũ integrum non pro
ponunt, aut referunt, neque ſcripturas, aut proceſ-
ſus integros cauſæ exhibent, quo ſit, vt conſulens in
facto fortè errans, videatur ineptè, & abſurdè reſpõ
38 dere, † exhibendæ enim eſſent ſcripturæ omnes con
ſulenti, quia ipſe plura ex eis poſſet perpendere, &
pro parte conſultante, & contra, quæ ipſi litigatori
videntur impertinentia.
30 Sed † ſunt & aliqui tam vecordes, vt ſic ſtare factũ
dicant conſulenti, cum tamen lõgè aliter ſe habeat,
& cum credunt conſulentes fallere, ſe ipſos fallunt.
nam & medicus neſcit, an qui dicit ſe dolore capi-
tis laborare, verè ea parte laboret, ideo ſi capiti me
dicinam exhibeat, cum brachium, nõ caput doleat,
culpæ laborantis, non medici aſcribendum eſt, ſic
& conſulens neſcit, an quæ in facto ſibi propoſita
ſunt, vera ſint nec ne, ideo ſi fallitur, ipſe poteſt &
ſine culpa alios fallere.

DE OFFICIO CONSVLENTIS.

CAPVT XXII.

SVMMARIVM.

1 *Rationes quibus motus eſt author ad ſcribendum de officio conſultoris.*
2 *Bonus vir ſit omnino conſulens.*
Bonus vir & ſapiens quis.
3 *Sapientia non intrat in maleuolam animam.*
4 *Bonitas ſuprema quæ.*
5 *Bonus vir quis.*
6 *Probitas quid.*
Prudens, & ſapiens, ac bonus ſæpe coniunguntur.
7 *Conſtans ſit in iuſtè oſtendendo conſulens. neque mutari ſe permittat precibus, fauore, vel precio.*
8 *Bonitas veri conſultoris magnum affert adiumentum cauſæ.*
9 *Bonitas eſt ſecundùm naturam.*
10 *Bonus vir bonam non malam cauſam ſuſcipiet conſulendam.*
11 *Conſulens antequam ſuſcipiat cauſam diligenter omnes ſcripturas percurrat, & omnia conſideret.*
12 *Conſulens non præcipitet conſilium ſuum ſed maturè omnia perpendat.*
13 *Diligentia vtatur conſulens, neque laborem fugiat.*
14 *Conſulens ſi recuſauit pro vna parte conſulere: an poſſit pro aduerſa conſulere, maximè ſi vidit ſcripturas partis recuſatæ.*
15 *Dubia in cauſa gratificationi locus.*
16 *Opinio communis ſequenda.*
Conſcientiam ſuam ſequatur conſulens in dubijs.
17 *Conſulens in ſuſcipiendis cauſis neque nimium ſit facilis, neque moroſior, & durior.*
18 *Honorarium pro mercede iuſtè recipit conſulens, etiam ſi reiecerit cauſam veluti iniuſtam.*
19 *Conſulens dum reijcit cauſam iniuſtam plus prodeſt quàm noceat conſilium petenti.*
20 *Conſulens in principum cauſis non conſulat abſque licentia ſui Principis. ibid.*
21 *Supponuntur quandoque falſa nomina litigãtium.*

Malicioſi

Malitioſi elientes.
22 Conſulens ſcripturas videat prius, ne decipiatur.
23 Conſulens non cōſulat ſine iuris allegationibus, quia fraudautur allegationibus.
24 Subſcribere non debet conſulens conſilijs minorum iuriſconſultorum.
25 Facti ſpecies exponenda primum à conſulente:
26 Argumēta reſpōſi ex narratione facti cōfirmantur.
Facti cognisio præcedere debet.
27 Facti narratio breuis debet eſſe,
28 Cliens narret ipſe factum & proponat argumenta ſua conſulenti.
29 Narratio facti fidelis.
30 Mendacium fugiendum.
31 Status cauſæ & quæſtiones proponendæ.
32 Quæſtiones proponendæ breues.
33 Quæſtiones neceſſariæ non omittendæ.
34 Quæſtiones ordine proponendæ, vt vna ex alia naſci videatur.
35 Quæſtiones etiam leues non omittendæ, ſernato tamen modo, ne nimium longæ, & inutiliter.
36 Dei nomen innocandum.
37 Ee non tantùm verbis ſed corde.
38 Ferriatis diebus quando conſuli poſſit. & nu. ſeq.
40 Iuramentum licèt non præſtent conſulentes, tamen debent ita conſulere ac ſi præſtitum fuiſſet.
41 Iurant illi quibus cōmiſſa eſt cauſa tanquā ſapienti.
42 Stilus & phraſis non multùm curanda.
Sic de eloquentia dicitur.
43 Conſulens tres induat perſonas, clientis, aduerſarij, & Iudicis.
44 Ordo & ars ſeruanda in diſponendis argumentis.
Loci certi conſtituendi à conſulente è quibus ſummet argumenta. ibid.
45 Diligentia in omnibus cauſis æqualis eſſe debet.
46 Præſuppoſita an ante argumenta ſint facienda.
47 Confirmatio an cōfutatio præcedere debeat. et nu. ſe.
51 Confirmet primò, qui priori loco dicis, confutet qui ſecundo.
52 Ordo nouus propoſitus cōfutationi, & cōfirmationi.
Dubia per Iudicem propoſita primū ſoluenda. ibid.
53 Argumentorum tres ſpecies, leges, rationes, & auctoritates.
Et quo ordine proponantur. ibid.
54 Leges rationibus comprobandæ.
55 Leges ſunt etiam pacta, & quælibet conuentiones, & teſtamenta.
56 Verba prius conſideranda, deinde mens.
57 Verborum proprietas primò perpendenda.
58 Mens diſponentis poſt verba perpendenda.
Improprietates verborum ad mentem accomodādæ.
59 Mens ex coniecturis ſummenda.
60 Coniectura debent eſſe probabiles non imaginata.
61 Et quæ ſint probabiles.
62 Iudicium & prudentia maxima eſſe debet in proponēdis coniecturis, et eruēdis, vt ſint veroſimiles.
63 Cōiecturæ grauiores primū proponēdæ mox leuiores.
64 Coniecturæ debent conuenire cōi omnium iudicio.
65 Mens non extorquenda.
Coniecturæ ſint claræ. ibid.
66 Coniecturæ quamquam non demonſtrent, & poſſent eſſe falſæ, attamen perſuadent.
67 Mens ſi verbis contradicere videatur interpretatione lenienda.
68 Leges aptæ inducendæ ad propoſitum conſulentis.
69 Legum & rationum applicatio maxima virtus Iuriſconſulti.
70 Argumento à ſimili nil fragilius.
Aplicandæ leges & rationes ſaltem ſtatui & puncto cauſæ. ibid.
71 Intellectus legū ſi varij ſint, quid agēdum conſulēti.
Debet ſequi communis opi. ibid.
72 Leges plures concordantes non allegandæ.
73 Lex vnica, an plures allegandæ. & nu. ſeq.
76 Allegare an ſufficiat librum, vel potius allegandus titulus, lex, paragrafus & verſiculus, & nu. ſeq.
78 Allegādæ an leges per legē vel per caput. et nu. ſeq.
79 Laurentius Valla reprehenditur.
80 Lex nomen generale ad leges, ſenatuſconſulta, plebiſcita, conſtitutiones principū, & reſponſa prudentū.
81 Leges allegandæ in fonte videndæ.
Sic & auctoritates.
82 Falſas leges allegare graue vitium.
83 Falſæ quandoque allegantur leges per errorem lapſu memoriæ, quod vitium incurrerunt ēt magni uiri.
84 Tullius memoria lapſus.
85 Oratius ſimiliter.
86 Ariſtoteles item.
87 Nonius Marcellus.
88 Apoſtoli.
89 Dinus Hieronymus pater lapſus memoria.
90 Conſulentes excuſantur ob fragilitatem humanam, ſi aliquando memoria lapſi falsō allegent.
91 Falſa allegatio fugienda maximè in his; quæ punctum cauſæ attingunt.
92 Sacra ſcriptura aliquando etiam allegandæ.
93 Scripturæ ſacræ laus.
94 Rōnes an ante leges adducēdæ uſq; ad nu. 98. et ſe.
99 Ordo in argumentis proponendis ſeruandus.
100 Naturæ ordo in proponendis argumentis qualis.
102 Ordo argumentorū ab infirmioribus ad validiora.
103 Ordo argumentorum is ſeruandus, qui magis prudentiæ conſulentis conuenire videbitur.
104 Argumentorum numerus non ambiendus ſed ponderandus.
105 Argumenta fortiora & in principio & in fine collocanda, leuia in medio, iudiciū tamen conſulentis in hoc exigitur. & nu. ſeq.
107 Argumenta clarè explicanda, hoc eſt in forma in ſilogiſmo.
108 Enthimema quandoque formandus.
109 Inductio quid, & quomodo ea vtatur conſulens.
110 Exemplum quid, & quomodo eo vtatur conſulēs.
111 Silogiſmus perfectiſsima forma argumentorum.

112 *Argumenta clara eſſe debent.*
113 *Argumenta obſcura, & difficilia q̃uo declaranda.*
114 *Auctoritates poſt argumenta alleganda, & quomodo illis vtendum, & quomodo allegandæ, & an multa vel pauca. & nu. ſequen.*
116 *Auctoritates incognita non allegandæ.*
118 *Opiniones ſi ſint plures & variæ: an oẽs referendæ.*
119 *Auctoritates modernorum an allegandæ*
120 *Ordo in allegandis auctoritatibus qualis.*
121 *Argumenta contraria q̃uo diluenda et confutẽtur.*
122 *Argumento fortiſſimo aduerſarij quomodo reſpondendum. & 125.*
123 *Conſulẽs bonus nõ diſſimulat argumẽta aduerſarij.*
126 *Argumenta aduerſarij ſimpliciter proponenda nõ amplificanda.*
127 *Conſulens taceat nociua & proponat proficua.*
128 *Ambigua verba fugienda, ſic & argumenta.*
129 *Mendacia fugienda.*
130 *Contrarius ne ſibi ſit ipſe caueat.*
131 *Exempla & res in ſimilib. iudicata multum proſunt & iuuant. & nu. ſeq.*
133 *Coniecturæ æquitati conueniant.*
134 *Rigor ſcriptus quando præferendus æquitati.*
135 *Aequitas ex iure naturæ elicitur.*
136 *Aequitas attendenda.*
137 *Prætor ex æquitate multa quæ iure ciuili ſancita erant, ſuſtulit.*
Conſulens ſequitur æquitatem.
139 *Conſulens fugiat ſubtilitates.*
140 *Bona fide per conſulentem omnia proponenda.*
141 *Dubijs datis à Iudice quomodo reſpondendum.*
142 *Breuitatem ſeruet conſulens modo non obſcurus fiat, ſed qualitas perſonæ Iudicantis perpendi debet. & nume. ſeq.*
148 *Qualitas cauſæ attendenda in ſeruanda breuitatè.*
149 *Breuis nec nimium longus ſit conſulens.*
150 *Multiloquium odioſum.*
151 *Honorarium, quando, à quo, & quomodo recipiendum & quantum. & plur. nu. ſeq.*
152 *Salarium conſulentis licitum.*
153 *Philoſophi etiam mercedem requirebãt à diſcipulis.*
154 *Merces iuſta laborum conſulentis.*
155 *Operarius dignus mercede.*
156 *Hipocratis iuramentum.*
Gratis non ſolet conſuli. ibid.
157 *Salarium non paciſcendum ante factum cõſilium.*
158 *Salarium modeſtè petendum.*
159 *Pacta de quota litis fugienda.*
160 *Salaria immenſa non extorquenda.*
161 *Pauperi gratis vel ſaltem non magno precio præſtandum conſilium.*
162 *Honorarium non debet excedere valorem cauſæ.*
163 *Honorarij quantitas quæ taxata, vel taxanda, & nume. ſequen.*
165 *Lex Cincia de ſalarijs.*
166 *Salaria aduocatorum quàm maxima.*
Hortenſio exprobata magnitudo ſalarij. ibid.
Tulio ſimiliter.
Demoſteni ſimiliter.
167 *Salaria quanta data conſulentibus.*
168 *Honorarium an ſalua conſcientia recipiatur ſi conſulens ſine reuolutione cartarum rectè conſuluerit.*

DECREVERAM de officio conſu
lentis nullum verbum facere, tum
quia ex ſupra dictis facilè colligi poſ-
ſunt, quę ad officium ipſius ſpectant
tum ne vel viderer alijs, qui reſpon-
ſa dederunt, & euulgarunt in aliquo
derogare, quod crediderim conſulẽtis officium eos
non ſeruaſſe, vel tacitè innuendo, quòd ego ſolus, qui
de officio conſulentis primus auderem ſcribere per
fectè omnia conſulentis munera crediderim abſol-
uiſſe in reſponſis meis, mihi plus tribuendo, vel po-
tius arrogando quàm quod in me ſit, quod quidem
s modicum eſſe & fateor, & profiteor †verùm cum co
gitarem omnia, quæ ad officium conſulentis ſpectãt
optimè fuiſſe obſeruata, & ab antiquioribus, & à re
centioribus. & ſi nõ omnia prorſus à ſingulis (quod
humana fragilitate repugnante proculdubio impoſ
ſibile fore agnoſcimus,) at ſaltem plura à ſingulis. &
omnia ab omnibus, ex quorum reſponſis tamquam
ab exemplari omnia munera perfecti conſultoris fa
cilè colligi poſſunt, putaui non iniucũdum fore, aut
inutile lectori, ſi ea bona, quę in tot reſponſorum vo
luminibus latere occulta, ac diſperſa comperi, in v-
num coacta deducam in lucem, vt videlicet poſteri
præ oculis habentes omnia munera, quæ ad perfe-
ctum conſultorem conſtituendum ſunt neceſſaria,
vel ſaltem vtilia, facilius ſe conformare poſſint, pro-
piuſque accedere ad illam perfecti conſultoris ex-
cellentiam, quæ illuſtrem, ac numeris omnibus lau-
dandum conſulentẽ efficere poſſit, nil veritus, quòd
ex his facilius etiam, veluti lumine admoto cogno-
ſci poterit, quoties, & quam ſępe, fortè ego (cum ho
mo ſim) in meis reſponſis defecerim, & quàm mul-
ta in eis deſiderari poſſint. ſpero enim me benignos
habiturum lectores, qui fragilitati mortalium ea cõ
donabunt, quæ in pluribus condonanda ſunt, cum
non omnia poſſimus omnes: & quãdoq; bonus dor-
mitet Homerus, & boni conſulent hunc meum labo
rem, quo licèt ſciens me pluries à recta via aberraſ-
ſe, curaui tamen alijs rectum oſtendere callem, quo
tutius, ac facilius ad metam illam gloriæ perueniãt,
quam ſummè exoptarunt.
2 In primis †certè conſulentem eſſe oportet virum
bonum, ſed hic non eum virum bonum exigo, quem
exoptant Philoſophi negantes, virum bonum eſſe
poſſe, qui idem non ſit ſapiens, eam autem ſapien-
tiam intelligunt, quam nullus vnquam mortalium
eſt aſſequutus, & quæ ſolùm fingi poteſt, aut optari,
cum eam intelligant, quæ omnium diuinarum, atq;
humanarum rerum cauſas, & origines cognoſcit, &
quæ (vt vno verbo omnia colligam) veritatis eſt per
fecta cognitio, quam ſolus Deus, qui ſumma eſt ve-
ritas, dare poteſt, accipere autem ſolùm animus pul 3
cher, ideſt temperatus, purus, candidus atq; ab om-
3 ni peccatorum labe purgatus. nam †vt dicitur Sapi.
c. j. in maleuolam animã non intrabit ſapientia, ne-
que habitabit in corpore ſubdito peccatis.
4 Neque †etiam requiro exactam illam bonitatem,
& ſupremam, quæ nullam prorſus peccati maculam
admittit, & quæ diuinitatem potius ſpectat, quàm
humanitatem, de qua loquitur Chriſtus Saluator
noſter apud Math. cap. 10. dum interrogatus à quo-
dam per hęc verba, magiſter bone, quid faciam, vt vi
tam æternã poſſideã, ſic rñdit. Quid me dicis bonũ?
nemo bonus niſi vnus Deus. verùm eã requiro in re

ſpondente

ſpondente de iure bonitatem, quæ chriſtianum, ac ciuilem iuriſprudentem decet, qui aliquando vixerit, & in humanis reperiri poſſit.

5 Is † autem putandus eſt vir bonus in materia, quã tractamus, qui chriſtianus ſit, religioſus catholicus, pius, timens, atque amans Deum, iuſtitiæ integerrimus cultor, iuris vtriuſque apprimè peritus, & hac perpetua voluntate cõſtans, vt nil dicat, aut ſcribat, quod verum ex omni parte non putet, qui ius, & æquitatem amans hæc ſectetur, & diligẽter inquirat, & reperta prudẽter, & doctè exponat, vt inquit Tul. lib. j. de legi. & denique ſit talis, qualem Tul. pro Cecinna C. Gallum Aquilium deſcribit his verbis, Nunquàm Aquilij Galli authoritas nimiũ valere poteſt, cuius prudentiam pop. Roma. in cauẽdo, non in decipiendo perſpexit, qui iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate ſeiũxit, qui tot annos ingenium, laborem, fidem ſuam pop. Roma. promptam, expoſitamque habuerit: qui ita iuſtus, & bonus vir eſt, vt natura, non diſciplina conſultus eſſe videatur, ita peritus, & prudens, vt ex iure ciuili non ſciẽtia ſolùm, verùm etiam bonitas eius nata videatur, cuius tantum eſt ingenium, ita prompta fides, vt quidquid inde haurias, purum, nitidumq; te haurire ſentias.

6 Probus † ergo ſit, q ſe ad hoc munus accingere parat, probitas enim ſecũdùm Aug. nil aliud eſt, quam prudens bonitas, prudentia iuriſconſulto propriè conuenit, probitas autem chriſtiano: hoc eſt homini verum, & iuſtum amanti, & qui mentiri, aut tergiuerſari, ac cauillari neſciat, ſic enim ſæpè coniunguntur hæc duo, bonitas, & ſapientia, quæ idem eſt hoc loco, quòd prudentia, ſic bonus etiam, & ſapiens coniungitur, adeo vt alter ſine altero ſit veluti cadauer exanime, & propterea Tul. tertio off. docet, hæc duo commodè ſeparari non poſſe, dum inquit. hæc igitur eſt illa pernicies, quòd alios bonos, alios ſapientes exiſtimant, qui tamen coniungi debuerunt, vt facit, Orat. epiſt. 2. ad Mecena. dum ſic canit (vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratum.) & in epiſt. ad Quint. pariter ſic canit (vir bonus, & ſapiens audebit dicere Pentheu.) & paulò inferius in eadem epi. (ne ve putes alium ſapiente, bonoque beatum) & in arte poe. (vir bonus, & prudens verſus reprehendit inertes.)

7 Bonus † igitur ſit vir de iure reſpondens, qui bonam mentem induat, & eam conſtantiſſimè ſeruet, & tueatur, quam nec tempus mutet, nec mulcet vlla potentia, nec frãgat neceſſitudo, nec inſolentia exulceret, nec auaritia deflectat, aut importunitas defatiget, memineritq; ſe quoties de iure reſpondet, quaſi in iudicium vocatum venire, non vt de ingenio, & doctrina ſolùm, quod maximum eſt, ſed vt de fide, atque officio boni viri rationem reddat, ne aut id profiteri videatur, & aſſumere, quod non poſſit ferre, neque tractare ſciat, quod eſt maximæ impudentiæ, aut id non diligenter, & fideliter abſoluere, quod poſſit, & norit, quod eſt non modò diſſoluti, inertis, ac negligentis, ſed & mali, & perfidi.

8 Hęc † enim bonitas non modo iucundam, ac candidam reddit conſcientiam, ipſumque virum omnibus venerandum præbet, ſed & cauſę, pro qua reſpõdit, multùm prodeſt: valent enim multùm ad perſuadendum probati mores dicentis, vel ſcribentis, integraque de eo opinio, ac vitæ innocentia, ita vt penè veridici teſtis fidem mereatur: nec facilè dictũ eſt, quantum in iudicando momenti habeat pręſumpta iudicis de conſulente opinio, atq; exiſtimatio, cũ id ſibi iudex ſemel perſuaſerit, rñdentem fore integrũ, iuſtum, & bonum, vt ſæpe teſtatur Ariſt. lib. j. rethor.

9 Cum † igitur bonitas apud Deum, & homines tanti ſit, & in voluntate noſtra maximè conſiſtat, induẽda eſt conſulenti in omni cauſa bona volũtas, quam qui bona fide ſemel aſſumpſerit, facilè in omni cauſa retinebit natura enim nos ad mentem bonam genuit, adeò vt rectè omnia intuenti mirum videatur malos eſſe tam multos.

10 Si † bonus ergo vir erit, certum eſt, quòd non niſi bonam cauſam ſuſcipiet, quam ſcilicet ipſe iudicio, & conſcientia ſua iuſtam ac bonam exiſtimabit, nulloque precio, prece, ambitione, fauore, aut alio quopiam iniuſto affectu impulſus ſuſcipiet cauſam, pro qua rñdeat, & ſi illã putet iniquã, audacter, & ſtatim reijciet, & conſtanter in ea recuſanda perſeuerabit.

11 Oblata † ergo ſibi cauſa nõ ſtatim eam ſuſcipiat, vel recipiat conſultus, ſed prius ſcripturas, quæſtiones, atque articulos propoſitos diligenter, & maturè perpendat, & conſideret, & quid ſuper eis ius diſponat, accuratè inueſtiget, ne poſtquam ſuſceperit onus conſulendi, cognoſcat iniuſtitiam cauſæ, atq; ideò cogatur, vel cum rubore reijcere ſemel approbatam, vel cum iactura conſcientiæ iniuſtam tueri.

12 Sed † & cum cauſam ſuſcipiendã decreuerit, non permittat ſe clientis moleſtia celerem requirentis expeditionem ita vrgeri, vt dum nimium feſtinat, lapidem aliquem offendat, & fortè etiam labatur, ſed vel reijciat clientem, ſi ſit importunus ad alios conſulẽtes, vel curet ſibi tempus elargiri, quo poſſit omnia accuratè excutere, & diligenter perpendere.

Qui enim conſilium leget, ſi in eo aliquid perperam dictum repetiet, id non aſcribet breuitati temporis, aut clientis importunitati, ſed conſulentis vel ignorantiæ, vel incuriæ, pati tamen poteſt ſe quandoque ab amicis exorari, vt tempus aliquod ſuffuretur commoditatibus, vel alijs negocijs ſuis, quod nimium feſtinatæ clientis inſtantiæ condonet, modò nil de diligentia, ſtudio, & cura minuat, quam adhibiturus fuiſſet, ſi longiori tempore vti licuiſſet.

13 Poſtquàm † verò cognouerit cauſam oblatam iuſtam eſſe, & ſuper ea reſpondere decreuerit, ea mente id onus ſuſcipiat, vt omnem diligentiam ſibi poſſibilem adhibẽdam exiſtimet, neque vllum laborem fugiendum in ea confirmanda iuſtis rõnib. & iudici ſuadenda: aliàs. n. fidẽ ſibi à cliẽte creditam falleret. qđ quidẽ grauiſſimũ eſt, & à viro bono valde alienũ.

14 Quòd † ſi cauſam oblatam reiecerit: quia putat iniuſtam, poteſt eſſe quæſtionis, an ſi ab aduerſa parte interrogetur, pro ea reſpondere poterit: augebitur autem quæſtio, ſi prioris partis ſcripturas viderit, & fortè etiam aduocatorum allegationes in iure, ac rationes, & eius fundamenta omnia, & ſecreta cauſæ intellexerit; nam ſecreta ipſa, & rationes aduerſario pandere, videtur proditionis quædam ſpecies: verumtamen hoc arbitror, quòd ſi priori parti fidem ſuam non aſtrinxerit, ſed tantùm cauſam eius, ſcripturas, & fundamenta perpendit ad hunc finem, vt poſſit inſtrui, an iuſta, vel iniuſta foret cauſa ipſa, proteſtatusque fuerit, ſe non reſponſurum, ſi iniuſta ſibi viſa fuerit, hoc caſu liber remaneat, an velit pro altera parte, modò requiſitus fuerit conſulere, quod & Soci. Iun. ſenſit, & ſe feciſſe fatetur. conſi. 69. in prin. in 3. ſed & in hoc vitium eſſe poteſt: nam ſi is ſe ſpõtè offerat aduerſæ parti non requiſitus, aut interrogatus, certè hoc vitioſum ſemper putauerim, & à viri boni officio alienum, & auaritiæ ſordibus obnoxium: pariter ſi ſecreta prioris clientis huic ſecundo incognita panderet, hoc vitioſum, & perfidioſum facilè putauerim, cum ab hoc ſecundo dumtaxat rogetur, vt ſuper ſcripturis, & rationibus per eum propoſitis rñdeat, non ſuper alijs, q̃ ſibi cognita non ſunt.

Vt tamen bona fide, quod ſentio, exponam, puto omni caſu abſtinendum eſſe à conſultatione diuerſæ partis, cum omnia ſecreta prioris conſultantis cognouerit.

gnouerit. licèt enim ſi vacet ſupraſcriptis vitijs, non cenſeam, quod cognita priori cauſa iniuſta, ſi pro altera reſpondeat, quam iuſtam putat, perfidi nomen incurrat: quia non in hoc aſtrinxit clienti fidem, vt ſi iniuſtam repererit eius cauſam, vel pro eo reſpondeat, vel pro altera parte, pro qua ſtat iuſtitia, non reſpondeat, attamen me iudice non euitabit auari, & inofficioſi nomẽ, niſi fortè ſubodoraſſet primum conſultorem ſtudioſè illum præoccupare, vt eum præriperet aduerſario, & paruo ſtipendio operam iuriſperiti illuderet.

15 Verùm † quia quandoque dubia poteſt eſſe cauſa ex varietate opinionum iuriſprudẽtum clarorum virorum, ideo ſi talis occurrerit caſus, puto gratificationi locum fore; vt ſalua conſcientia poſſit pro amico reſpondere, quod etiam ſcriptum reliquit Innoc. in c. ne imitaris. de conſtitu. & in c. per tuas. de ſimo. & Bal. in l. ab eo C. quomodo, & quando iud. &
26 deciſ. Neapo. 384. in fi. quanquam † & hoc caſu ſequendam putarim magis receptam opinionem, & ſi non appareat communior, putarim eam ſequi debere conſulentem, in quam magis inclinat eius conſcientia, & pro qua ipſe iudicaret, vt videtur eſſe de mente Bal. conſi. 492. in cauſa vertente inter Blaſiũ Matheoli. in 3. & Salom. in §. reſponſa prudentum. verſi. quid ſi inter doctores. inſt. de iur. na. ge. & ciu.
27 atqui † in ſuſcipiendis cauſis etiam iuſtis, neque debet eſſe nimium facilis, vt M. Antonius, neque moroſior, & durior, vt Craſſus, hi enim in vtroque peccabant, vt monet Tul. in oratore.

28 Verùm † quia ſolet etiam aliquod honorarium dari iuriſperito à cliente in ipſo initio, vt videat, an ſuſcipere poſſit cauſam tanquam iuſtam, vel reijcere tanquam iniuſtam, dubitari poſſet, an iuſtè talis merces recipi poſſit, quod neminem negaturum puto. laborauit enim iuriſperitus, & ſtudium adhibuit in cognoſcenda iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ, qui labor dignus eſt mercede, & licèt reiecerit cauſam, atq; ideo nõ clienti laborem profuerit, id ſatis eſt, quòd laborem impendit, & in hoc potuit proficere interrogãti, ꝙ certus fuerit redditus de iniuſtitia cauſæ ſuæ.

29 Quo † fiet, vt ſi iuriſperito, qui ſibi bona fide reſpondit, crediderit, vel componet, vel tranſiget cum aduerſario quocunq; modo, vel cedet cauſæ, ex quo id conſequetur commodum, vt maioribus expẽſis, & laboribus, ac longiori temporis iactura non fatigetur, & periculum ſoluendi expenſas aduerſario non ſubibit.

20 Monendum † tamen conſulentem puto, vt ſi cauſa, de qua interrogatur, vertatur inter principes, quibus ipſe non ſubſit, cauſam etiam iuſtam non ſuſcipiat inconſulto ſuo Principe, cui ſcilicet ipſe ſubeſt. experimento enim doctus ſum, hoc nõ placere Principib. aliquando enim litigantes Principes, vel ſunt amici, & confœderati cum Principe conſulẽtis, contra quos ſi conſulendum foret, doleret quidem ab eius ſubdito damnum aliquod illis obuẽturum, vel etiam ſi pro illis reſpõdendum foret, quos Princeps conſulentis inimicos haberet, & ſibi infenſos, doleret pariter beneficium aliquod illis ex facto ſubditi ſui obuenire. vel & poſtremò forte & ipſe Princeps ſimilem poteſt habere cauſam, cui nollet præiudicium ex conſilio ſubditi ſui parari.

Et quanquàm ſi rigorem iuris ſpectemus, parum vrgerẽt prædictæ rationes: cum liberum eſſe debeat cuicunq; de rebus ſuis, & per conſequens etiam de doctrina diſponere, & Principes oẽs legibus viuere profiteantur, attamen magis officioſum, magisq; tutum erit conſulenti licẽtiam petere à Principe ſuo, ne ipſius indignationem incurrat ſubditus.

21 Animaduertat † inſuper, qui munus reſpondendi de iure profitetur, quòd ſępe cauti, & malitioſi clientes, ſi ſuſpicantur conſultorem aliquem non libenter reſponſurum contra ſuum aduerſarium; quia fortè eſt ei valde amicus, ſupponunt falſa nomina litigantium, & ita decipiũt iuriſperitos, & ab illis extorquent hac fraude, quod ſine ea non habuiſſent, quo commento etiam vtuntur, qui ſcientes illum iuriſperitum, quem conſulunt, pro aduerſa parte, vel in ſimili cauſa contrarium conſuluiſſe, mutant nomina, & aliquid etiam de facto detrahunt, vel illi addunt, ne videatur eadem ſpecies, ſuper qua dubitare poſſet, an conſuluiſſet.

22 Huic † autem dolo puto ſic occurri poſſe, vt ſcilicet reſponſurus de iure, ſi de hac fraude ſuſpicatur, dicat ſe velle videre ſcripturas in cã factas, & proceſſum ipſum, neq; ſe contentum eſſe ſimplici facti ſpecie propoſita, ex ſcripturis enim facile veritatem colliget, quæ verè ſint partes litigantes, & ſic fucum deteget, quòd ſi recuſabit cliens exhibere ſcripturas, ſciat tunc conſultor dolum latere, & ideo reijciat clientem, & recuſet munus illud ſubire.

23 Tentantur † quandoque etiam nec raro, & fraudãtur etiam iuriſperiti hac ratione: quidam enim ne congruum honorarium præſtent conſultori, ſolent exhibere ſimplicem facti ſpeciẽ, & à conſultore requirere, vt ſimpliciter opinionẽ ſuam in ſcriptis mãdet abſq; iuris allegationibus, contenti ſimplici authoritate oĩs ipſius iuriſperiti, & ita fraudant eum honorario, quod ſibi deberetur, ſi ordinarium exhibuiſſet reſponſum cum iuris allegationibus. rectè ergo facient iuriſperiti. ſi recuſabũt opinionem ſuam exhibere abſque iuris allegationibus, & ſolemni reſponſo, nam dum etiam ſic ſimpliciter reſpondent periculũ famæ ſuæ facilè poſſunt incurrere, cum fortè quiſpiam non intelligens rationes, quibus mouetur iuriſconſultus ad id ſentiendum: quia non ſunt ſcriptæ, putet eum malè ſenſiſſe, quod non ſentiret, ſi rationes, & iura, quibus motus fuit conſultor, legeret, & verè facto ipſo expertus ſum plures hoc commento vti, vt modico honorario authoritatem habeãt rñdentis, & ſic ipſum debita fraudẽt mercede.

24 Neque † deſunt, qui alio commento pariter deludunt reſpõdentes grauioris authoritatis, nam id curant, vt quiſpiam iuriſcõſultus etiam obſcuri nominis, & inferioris notæ ſcribat reſpõſum, nil curantes an ſit bonis rõibus, & plurib. authoritatibus comprobatum, vel nudum, ac ſterile, nam illud poſtea curant ſubſcribi ab eminentioris ſcientiæ & authoritatis iuriſconſultis, ſola etiam ſubſcriptione aliquando contenti, & ſic modico pretio abutuntur authoritate ſummorum iuriſconſultorum maximis vigilijs, & laboribus comparata, cui calliditati occurret, qui recuſabit ſubſcribere reſponſis minutorum iuriſconſultorum. ſunt enim quidam iam craſſę conſcientię, vt ſuum tantùm curent commodum, alienum negligant, neque pudoris, neque honeſtatis memores.

25 His † ergo animaduerſis tũc ſe reſpondens ad ſcribendum accinget, ſi cauſa ſibi iuſta fuerit viſa, & primùm facti ſpeciem omnino exponat, quam vel ex ore clientis, vel ex ſcripturis, quod tutius eſt, ſciat, quam ideo pſcribere debet, vt ſi fortè in facto cliẽs conſulentem deceperit, vel aliquid dictum fuerit in ſcripturis, quod verum non ſit, ſed poſtea falſum appareat, excuſatione iuſta ſit ſemper tutus conſultor, quòd ſcilicet ita reſponderit præſuppoſita ſemper vera facti ſpecie, quam reſponſo ſuo præpoſuit, aliter fortè reſponſurus, ſi ea vera non fuiſſet.

26 Adde † quòd argumenta, & rationes, quæ poſtea in conſilio explicabuntur, faciliùs, & clariùs intelligentur ex ipſa facti narratione, quam lector ſemper præ oculis habebit, & ad eam componet argumen-

ta, &

ta,& rationes,quibus vtetur reſpondens.nam, vt inquit Ariſt.3.rethu.in quacunq; diſputatione præcedere debet facti cognitio, poſtea ſequi demunſtratio, & nos ſolemus dicere, quód ex facto ius oritur, & Sceuolæ mos erat vti hac ſalutari clauſula,ſecundùm ea,quæ proponerentur,qua etiam vſus eſt Paulus in l.Lucius.ff. fami. erciſ. & Decius in principijs conſiliorum frequenter repetit.

27 Species † autem facti vti breuis eſſe debet, ita & dilucida,non tamē ab vltimo repetita principio,ſed vnde neceſſe ſit,& vſque eò,quò opus erit, modò in ea ſummatim colligantur omnia, quæ cauſæ etiam circumſtant,& ius mutare poſſunt,& quæ primo loco geſta ſunt,primo ibidem loco exponantur, & rerum,ac temporum ſeruetur ordo, ita vt vna ex alia naſci videatur,& perſonæ,loca,tempora,cauſę,qualitates, & euentus inter ſe mutuò conſentiant.

28 Meminerint † tamen,vt antequam facti ſpeciem deſcribat,curet,vt cliens,ni ſit prorſus rerum omniũ ignarus,& expers,facti ſpeciē ipſe proponat, & narret ſibi, nullis tamen præſentibus, vt liberius loqui valeat,& ſecreta animi ſui pandere,cũ quo ipſe conſulens aduerſarij ſuſtineat perſonam,& eius cauſam tueatur, vt à cliente facti optimè conſcio arma ſuſcipiat,quibus & ipſius cauſam confirmet,& aduerſarij infirmet,horteturque clientem ipſum, vt omnia, quæ ſibi in mentem veniunt pro fauore cauſæ liberè exponat, vt ex eis prudens conſultor iudicio ſuo ſeligere poſſit,quæ prodeſſe valeant,& inutilia reijcere.natura enim ipſa docemur,vt quò magis mens intenditur,eò magis,ac facilius veritatem inueniat, quo ſit,vt cliens,quia de ſua re agitur,die,noctuque totam mentis ſuæ aciem in cauſam ſuam dirigat, de ea ſemper loquatur,eamque ſemper contempletur, & propterea ſæpè affectus ille vehemens ad cauſam multa ſuggerere poteſt,quæ conſulens tam vehemē ti affectu vacuus vix vnquam perpendiſſet, & multa poterit cliens ipſe conſiderare, quæ non ita exactè conſulens conſideraſſet,niſi à cliente ipſo fuiſſet excitatus,ex cuius ēt dictis multa cognoſcet, q̃ in facti ſpecie ꝓponere debeat,quæ tñ fortè ipſe omiſiſſet.

29 Præ † cæteris autem omnibus hoc accuratè obſeruet conſulens, vt fidelis ſit in facti ſpecie proponenda,ne ipſe fidem ſibi à cliente creditam violet, & ne iudex cognito facti mendacio ſtatim conſulentis authoritatem negligat, & aſpernetur.

30 Hoc † enim proprium eſt mendacij,vt in eo ſemel deprehenſus, iuris præſumptione in omnibus pariter mendax cenſeatur, nil mirum igitur ſi ſtomachũ faciet iudici, & authoritatē conſulētis, q̃ plurimùm valet in faciēda fide,diminuet,qđ nil aliud eſt,q̃ cliētis cauſam prodere, quod quidem perfidiam ſapit.

31 Præſcripta † facti ſpecie ex ea ſtatim colligat reſpondens quæſtiones,& ſtatus cauſæ,ſi plures,& varij ſunt,qui poterunt ex his tribus locis ſumi, & deduci.videlicet,Num ſit.Quid ſit.Quale ſit.

32 Quæſtiones † autem colligendæ debent eſſe breues,paucæ,& abſolutæ: breuitas requirit̄, vt facilius memoriæ commendentur, & à iudice retineantur, & ante oculos ſemper habeantur:eadem quoq; ratione non multæ debent eſſe,ne pertinētia cauſæ impertinentibus miſceãtur, & ne ſuperfluis detineatur iudex,quod & odioſum eſt,& ſacietatē, ac nauſeam parit.abſolutæ autem eſſe debent,vt contineant verum ſtatum cauſæ,& etiam plures,ſi plures ſint quæſtiones, quæ deduci poſſint per aduerſariũ in dubiũ.

33 Animaduertat † tamen nedum breuitati,& paucitati ſtudet, aliquos omittat articulos, q in cauſam neceſſariò incidunt, & qui ſtudioſè videantur à reſpondente euitati, & diſſimulati tamquam ſibi contrarij, vel ſi cauſæ proficeret, negligentia videantur omiſſi, quod vitioſum, ac turpiſſimum foret.

34 Ordine † etiam ſeruato proponendæ erunt quæſtiones collectæ ex facti ſpecie, ſicut & ipſam facti ſpēm ordine narrãdam ſupra cõmonui,ita vt vna ex altera proficiſci videatur, neq; videantur affixæ, ſed connexę,& deniq; ne ordine turbato confuſio generetur. ab ea autem præcipuè incipiēda eſt tractatio, à cuius ſolutione fortè pendent aliqua ex parte ſolutiones ſubſequentium quæſtionum, quod etiam ſenſit Vgo. conſi. 117.nu.j.

35 Quòd † ſi aliqua etiã inciderit quæſtiuncula,quę neque multùm proſit,neque noceat ſententiæ conſulentis,& modicam patiatur difficultatem,dubitari fortè poſſet,an & ea ſit oĩno pertractanda. ego verò cenſerem nil prorſus omittendum,quod quæſtionem facere poſſet, aut iudici ſuſpicionem inijcere, quod doloſè,& cautè fuerit prætermiſſum,tãquam id,quod maximè aduerſaretur per reſpõdentem dicendis,modus tamen ſeruandus,ne nimiã,& ſuperfluam oleat diligentiam,ſed leuiter,& perfunctoriè tractetur aſſignando rationem, qua potuit & hæc quęſtiuncula omitti,& oſtendendo ſe voluiſſe illam quoque veluti per tranſennam conſiderare, ne ſtudioſè, ac dolo illam omiſiſſe videatur.

36 Collectis † & propoſitis quæſtionibus, ſuper quibus diſputandum erit,tunc ſe accingat reſponſurus ad confirmandam cauſam ſuam, ſed prius inuocet nomen Domini,totaque mente, atque intimo cordis affectu precetur ſibi ſpiritũ veritatis afflari, qua iuſtam cauſam diſcernere, & cognitam confirmare poſſit.vniuerſa enim bene, & competenter geritur, ſi principium Deus ſit,& Dei nomine inſignitum.in authen.quomodo opor.epiſ.in princi. & vbi non eſt fundamentum,ibi nullius operis boni ſupereſſe poteſt ædificium.c.cum Paulus.j.q.j. & inquit Apoſtolus ſcribens ad Coloſen.c.3.omnia,quæcunque facitis verbo,aut opere, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite.& habetur in c.non liceat.26.q.5.& in c.non obſeruetis.ea.cau.q.7.ex tali enim inuocatione ſequitur bonum principium,melius medium, & optimus finis,vt inquit Accur.in authen.de hære. & ſal.ſuper Rub.& in proœ. in inſtitu. pariter ſuper Rubr.Is enim eſt Deus omnipotens, per quem Reges regnant,& iudices iuſta decernũt;vt dicitur Prouerb.c.8.nam,vt inquit Augu.lib.j. de doctrina chriſtiana.Nulli putabo vnquam verba veritatis,& conſilij defutura,qui in ipſo verbo,ideſt Saluatore noſtro crediderit, ſperauerit, & cogitationē omnem ſuam in ipſum reiecerit.

37 Meminerit † tamen,vt dictum eſt, non ore tãtùm & ſcripto inuocare, ſed toto corde, & mente, vt ab eo lumen veritatis in reſpondendo conſequatur, atque ideo intimis viſceribus clamet,iuxta pſ.56.Paratum cor meum Deus, paratum cor meũ. ſcriptum eſt enim etiam Prou.16.Cor hominis diſponit viam ſuam,Domini autem eſt dirigere greſſus ſuos, alias enim(vt ſcribit Iob c.5.) Deus deprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & prauorum conſilia diſſipat. & Prouerb. 8. inquit Sapiens.Ego habito cum illis in conſilio,& eruditis interſum cogitationibus.

38 An † autem feriatis diebus poſſit conſulēs reſpondere, variarunt canonum profeſſores, & Theologi. nam Io.And.Anto. Abb. & cæteri ſcribentes in c.j. de ferijs,& alij, quos citat Iaſ.in l. Diuus.nu.3.ff.de feri.tenent indiſtinctè,ꝙ non liceat,ſi ex cauſa mercedis, & honorarij id fiat : quia tunc videtur eſſe opus ſeruile,à quo prohibentur Chriſtiani,ſed Gaietanus Cardinalis in commentario ſuo ad Tho.2.2.q.122. ar.4.dicit,verius eſſe,& æquius,quòd imo ſaluæ conſcientia poſſit etiam feriatis diebus de iure reſpondere cõſultus,& etiam ex hac cauſa honorarij, quia conſu-

conſulere,& ſcribere,& ſtudere non eſt opus ſeruile,ſed ſpūale,ideſt, mentis, & ſpūs, veruntamen eſt, ꝙ ſi principalem haberent rūdentes intentionem in lucrum,hoc non eſſet charitate vti,qua prodeſſe poteſt conſultanti,neq; videretur hoc ſine peccato facere poſſe,cum merces,& lucrum opus faciant ſeruile,quod de ſe tale non eſt,concludens tñ, ꝙ ſi vulgaris ſit conſuetudo,& notoria, quod etiam feſtis diebus reddanẽ conſilia,poterit iuriſperitus id ſine peccato facere,modò non omittat ea,quę ſi omitteret, peccaret,vt ſi diebus feſtis ab hoc conſulendi impedimento negligeret verbum Dei,& miſſas audire,& ſacrificijs intereſſe, & alia ſimilia,ad quæ præceptis catholicæ eccleſiæ tenemur.

39 Certum † eſt autem,ꝙ pro peregrinis,qui non modicam faciunt impenſam in hoſpicijs,conſilia iuriſprudentum expectantes,poſſunt iuriſperiti etiā diebus feſtis reſpōdere,& cōſulere,id enim charitatem ſpectat, cum id faciant, vt expectantes releuent ab expenſis,ſed omni caſu,quo conſulet bis diebus, putarim rectè facere, & chriſtiani officio ritè fungi, ſi partem lucri,quod iſtorum dierum opera conſequetur,pauperibus in eleemoſynam erogauerit.

40 Sciant † autem & hoc conſulentes,ꝙ licèt non teneantur iurare ſe ex fide,& bona conſcientia conſulturos,vel etiam conſuluiſſe,prout litigātes,& aduocati tenentur facere,to.ti.ff.& C. de iu.calum.quod atteſtatur Bal.in proœ.ff.in prin.nu.6.attamen verè ſatia iuraſſe credendi ſunt:cum munus publicum cōſultoris ſuſtinentes aſſerant ſe reſpondiſſe, quod ſibi verum eſſe viſum eſt.nam Deus, qui ſolus eſt ſcrutator cordium, inter ſimplicem loquelam noſtram, & iuramentum nullam conſtituit differentiam:dixit enim Saluator Math.5.ego dico vobis,nō iurate omnino, ſit autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non, & in epiſto. Iacobi c.5. legitur,ante omnia fratres nolite iurare:nam ſicut in iuramento nulla debet eſſe perfidia, ita in verbis noſtris nullum debet eſſe mendacium, nam & periurium, & mendacium diuino ore damnantur dicente ſcriptura Sap.j.os,quod mentitur,occidit animam,quiſq; ergo verum loquitur,iurat,qui falſum,periurat.vt hæc omnia hñr per Chryſoſt.in c.iuramenti.22.q.5.ſciat ergo conſulens officij ſui eſſe tantum habere in veritatem amorem, vt quicquid ſcriptis mandauerit,à ſe iuratum putet.

41 Cum † verò cauſa conſilio ſapientis ex forma ſtatutorum committitur,ex eadem forma debent iurare conſulentes ſe ſcd̃m conſcientiam conſuluiſſe,& hoc quia ex ipſorū ſtatutorū forma cogiẽ iudex iudicare ſcd̃m ipſum cōſiliū,cum tñ nō teneaẽ ſequi cōſilia eorum iuriſperitorū,q̃b.cauſæ non ſunt cōmiſſę in exequutionē legū municipaliū, vt ſæpe dictū ſuit; cū ergo iurabit cōſulēs;meminerit ſe iurō illo Deū ĩ teſtē vocare, quē fallere nō poterit,& iō ab eo iuſtā mercedem, ſiue pœnam ſecundùm opera ſua in die illo tremendo iudicij,ſi non ante reportaturum, clamat enim ſcriptura Leuit.c.19. verbis illis,non periurabis in nomine meo,ne polluas nomen Dei tui.

42 Stilum † verò ſcripturæ,& phraſim non primo quidem, ſed poſtremo loco habeat, ne videatur Celiū Antipatrum imitatus,qui cum plus eloquentiæ,q̃ iuris ciuilis ſciētię operā dediſſet,ſe ad hiſtorias deſcribēdas trāſtulit,vt author eſt Pō.in l.2.§.poſt hos fuerūt,ne ve eos ſequutus videaẽ,q in excogitādis argumentis obtuſi ſunt,& deſides,in exornandis verò nimiū loquaces,notū eſt.n.dictū illud.Malo indeſertā prudentiā,q̃ imperitā loquacitatē.redūdans.n.verborū luxuries,& nimiū affectata ĩ ſermone diligētia authoritati ſcribētis detrahit,& fidē minuit,cum verborum lenocinijs putet ſibi iudex inſidias ſtrui,vt & ſupradictum fuit.modū ergo & in hoc ſeruet,vt neq; barbarus ſit omni ex parte, & ſordidus in verbis, ſed tantum contentus ſit latinè loqui,ſi pōt,& apertè,ita vt facile poſſit à iudice intelligi,& ſenſus eius percipi,& hoc ſibi pro ſumma ſtatuat, quòd ſi omnino ſibi in aliquo ſit peccandum, peccet potius in ſolœciſmos,uel barbariſmos incurrendo, quàm abſurda.& à iure aliena argumenta proponendo.hoc enim praui eſt iuriſconſulti, illud verò incōpti tñ, & negligentis, fucū,& elegantiā orationis, de qua re hic plura non perſequor,cū à me plura dicta fuerint ſupra c.17.ad quem locum lectorem relego.

43 Cū † igitur iā ad rē ipſam tractandā accedet,oportet,vt tres pſonas induat ſumma cū animi ęquitate, & prudētia,videlicet clientis,aduerſarij, & iudicis: vt cū rogantis conſiliū perſonam ſuſtineat,oīa colligat argumenta,& rōnes,q̃ pro cliente ſuo faciunt, & ſnīam ſuā comprobant, atq; ea diligenter ppendat,& excutiat,num ad ppendiculū recti iudicij reſpondeant:pariter dū aduerſarij pſonā ſuſcipiat,nil prætermittat intactū, qđ cauſam ipſius adiuuet, & cui commodū non afferat reſponſum. & demū inter has controuerſas rationes ſe ipſum iudicē conſtituat, ſuumq; conformet iudiciū cū eo, ꝙ ipſe iudicaturus ex conſcientia fuiſſet, ſi ab eo iudicanda foret cauſa. hoc enim verè eſt proprium boni uiri id in alio ſtatuere,quod ipſe ſibi ſtatuiſſet.

44 Inter † diligentiā autem,& iudicium relinquitur ēt arti locus, vt ſcilicet locos primùm generales ſibi comparet,ex quibus ſpecialia eruat argumenta, & qui ueluti digito demonſtrent, vbi quæras id,qđ ſtudes inuenire, & quia confusè primùm ſeſe offerent loci, confusè ēt omnia in ſchedula ſcribenda, q̃ putauerit vel ad confirmationē, vel confutationē cauſæ conferre,quæ de variis excerpet authoribus, & poſtea ſumma cū diligentia digerat,& ſummo ſtudio cōponat in ſedes quaſdā, & locos in ſpecie ad cauſam ipſam compoſitos,non ſecus ac pharmacopola,qui varia pharmaca,& vnguenta,herbas,gummas, metalla, & alia ſimilia ſuis in vaſculis ſeparatim diſtribuit, & collocat, vt inde poſſit ea,quæ ad medelam morborum apprimè conueniant, ueluti ex penu depromere ad vſum, quē proſpicit,quę ars ſi defuerit maxima cum difficultate tardius,atq; infęlicius ad metam quam exoptat,perueniet.

45 Eam † inſuper impendere debet diligentiam cōſultor,ſi bonus ſit vir,in paruis cauſis, quam in magnis adhibere ſolet: æqualem enim omnes conſultores conſulentium fidem requirunt, ſiue parui, ſiue magni ſit momenti cauſa. quinimo maioris fortè momenti erit leuior cauſa. Pauperi quàm diuitī magna, & ardua, & fortè etiam leuis cauſa maiores continebit difficultates,quàm grauior. æqualem ergo ſe præſtet omnibus conſulens habita ratione ipſius cauſæ, non autem perſonarum, qua re nil eſt, quod amabiliorem faciat, & ſummam apud omnes beneuolentiam magis conciliet.

46 Sunt † quidam,qui antequam ad conflictū rationum deſcendant, vtuntur quibuſdā præſuppoſitis, vt. ſ. præmittant quaſdam concluſiones pro certis, & indubitatis multa circa ea dicētes; q̃ ſi conueniāt dicendis poſtea,& ad eorū intelligentiā neceſſariò conferant,non dāno:ſunt.n.tanq̃ lux p̄cedens, quę clariorem reddat viā, per quā gradiatur conſulens, & ſunt tanq̃ fores,quæ aperiunt iter introeunti: ꝙ ſi longius repetantur, & ſuperfluè inculcentur, vt ſi cauſa de ſubſtitutionibus tractet,velit difinire,quid ſit ſubſtitutio,unde ortum habuerit, quot eius ſpecies,& quibus verbis ſingulæ cōcipiunẽ,atq; de ſingularū effectu, vt aliquos feciſſe legi, hoc quidē inutile erit, atq; ideo euitandum, ne præter plurium cartarum iacturam, damnū potius adferant cauſæ,

F quàm

quàm emolumentum aliquod: cum iudex in ipſo
conſilij veſtibulo perterreatur ſuperflua rerum im-
peitinentium, & inutilium congerie, & ideo cætera
quoque negligat.

Si ergo ꝓmittenda ſint aliqua, ea dũtaxat præmit
tat conſulens, quæ neceſſe erat, vt præponerent, & ſi
ne quib. facilè nõ poterat iudex perfectè ſenſum, &
intentionem conſulentis percipere, alioquin ab illis
abſtineat tanq̃ à ſuperfluis, cum ſæpe neceſſe ſit ea-
dem in argumentis repetere, qđ faſtidium generat:
prudentiæ igit̃ cõſulentis & in hoc erit locus, vt iux
ta Pomp. verba in l. j. in fi. ff. de orig. iur. illæ præfatio
nes tm̃ ſint pręſcribendæ, quę lectorem libentius ad
lectionem propoſitę materię perducant, & cum ibi
venerit, eius euidentiorem præſtent intellectum.

47 Præpoſitis † ergo præludijs, ſi proponenda aliqua
erunt, iam rum ad manum conſertionem deuenien
48 dum eſt † ſed hic quæri poteſt, an prius proponenda
ſint argumenta, quæ pro aduerſario ſtant, & ſic à cõ
futatione incipiendum, vel potius à confirmatione
ſententiæ ſuæ, pro qua conſulit.

Vſu quidem receptũ eſt, quem ἔt nos ſequuti ſu-
mus, vt prius aduerſarij, deinde ipſius cõſulentis rõ-
nes proponant̃ poſtremò diluantur aduerſarij argu
menta: qui mos certè non caret rõne: nam natura ip
ſa docemur, vt anteq̃ quid in cõſultatione poſitum
certa cõcluſione terminet̃, præcedat dubitatio, poſt
ea ſequatur deliberatio. argumenta ergo pro aduer
ſario propoſita ſtant loco rõnum, quæ mouebant ad
dubitandum; cum oĩs iuris diſpoſitio ſit de qõne du
bitabili. l. Domitius. de teſta. l. qđ Labeo. de car. ed.
præterea iſta enumeratio exacta argumentorum ad
uerſam partem confirmãtium arguit diligentiam, &
bonam fidem conſulentis, ſibiq; iudicem conciliat,
vt eum virum bonum exiſtimet, faciliusque illi cre-
dat, cum videat tanta diligentia eum omnia perſcru
tatum eſſe, & perpendiſſe, & nil fugiſſe, quod eius
ſententiam perturbare poterat.

49 Quia † ergo hic ordo à maioribus noſtris ſemper
eſt obſeruatus, ideo ne nos illum damnare videre-
mur, & nouitate aliqua velle maioribus præcellere,
hunc communem ordinem ſequuti ſumus.

50 Attamen † ſi verum fateri licet, melior videtur eſ
ſe ordo ille, quem Rhetores docendo, & oratores di
cendo ſequuti ſunt, vt ſcilicet primò noſtra confir-
memus, deinde contraria diluamus, & ſic confirma-
tio præcedat confutationem.

51 Sed † & melior quoq; vr̃ Ariſto. ſnĩa, qui li. 3. rhe-
to. quaſi concilians horum ordinũ diuerſitatem, con
cludit eum, qui priore loco dicit, prius ἔt confirma-
re debere ſnĩam ſuam, mox ijs, quæ aduerſantur oc-
currere: qui verò ſcđo loco dicit, primum contraria
ſoluat, deinde ſnĩam ſuam confirmet, quam opinio-
nem libenter ſequerer in conſulendo tamq̃ naturæ
congruam: verùm cum inter conſulentem pro acto-
re, & conſulentem pro reo non detur prior locus di
cendi; quia quæ dicit in conſilio conſulens pro acto
re, neq; vñr, neq; adiuuantur à conſulente pro reo,
neq; è contra, cum ſoli iudici pateãt conſilia litigan
tium, ipſis autem litigantibus ſp ſint occulta, crede-
rem ego commodius eſſe, nouam viam ſequi, vt vide
licet conſulens tam actori, q̃ reo primùm rationes,
quæ pro cauſa ſua faciant, proponat, & ſi quid vide-
rit quod ſingulis rõnibus & argumentis aduerſetur,
ſtatim ſingulis ipſis ſuis argumẽtis opponat ea, quæ
videntur illa oppugnare, atque ἔt ſtatim ſolutiones
ſuas ſingulis accommodet. negari enim non poteſt,
quin ſi contraria contrarijs eodem loco opponant̃,
faciliorem reddant per eorum collationem ſolutio
num, & reſponſionum intelligentiam, certiusq; ea-
rum veritas cognoſcetur, q̃ ſi remotiori loco, ac di-
uerſa quærenda ſint ſingula, non ſecus ac ſi pannos
duos compares, vt meliorem eligas, non ita facile
diſcernes meliorem à deteriori, ſi longo interuallo
diſtent, q̃ ſi proximi tibi offerantur, & coniuncti. nã
dum vnum videris, ſi cogeris te trãsferre ad alterum
remotiorẽ, periculum eſt, vt Idea illa, quam per vi-
ſionem primi conceperas, dum ad ſecundum trãſis,
euaneſcat, vel ſaltem in aliquo per id tempus abolea
tur, vel ſaltem perturbetur, cum noua illa ſpecies,
quam tunc corporeis oculis ſecundo loco vides ali-
qua ex parte perturbet illam, quam intellectu tan-
tùm ipſo reminiſceris.

52 Illud † tamen certum eſt, quòd ſi dubia exhibean
tur à iudice (quod etiam vſu receptum eſt) quæ colli
guntur ab eo ex conſilijs ſibi exhibitis, debebit con
ſulens à confutatione eorum incipere, & in eorum
confutationem deſinere, neque repetere (niſi quan
tùm neceſſitas cogeret) ea, quæ pro confirmatione
in conſilio deduxerat, quod quidem ſuperfluum, &
inutile foret, ac nauſeam faceret iudici, quanquam
ſi noua fortè ſibi argumẽta occurrerent, quæ in prin
ri reſponſo non conſideraſſ t, poterit, quin etiam
debebit, ea proponere, ne fidem ſuam, quam clien-
ti debet, fraudaſſe videatur, ſi non omnia, quæ cauſę
ipſius adminiculari poſſent, propoſuerit.

53 Verùm † quia tres ſunt argumentorum ſpecies,
quibus ſolent vti conſulentes, videlicet leges, ratio-
nes & authoritates iuriſprudentum: nam his præci-
puè poteſt iudici perſuaderi bona cauſa, ideo dubi-
tabit quis à qua ſpecie ſit exordiendum. ego verò
putarim à lege omnino incipiendum: nam ſi legis
verba, & ſenſus intentionem conſulentis apprime
confirment, ſuperfluæ erunt & rationes, & authori-
tates prudentum, cum legi ſcriptæ quantumcunque
durę ſtandum ſit. nam & Tul. in topicis inquit, quòd
in diſceptandis quæſtionibus nil firmius eſſe poteſt
lege ſcripta, qua veluti teſtimonio quodam vtẽdum
eſt. legem autem hic intelligo non ſolùm commu-
nem, ſed etiam municipalem, quæ verè vim legis ob
tinet, quæ ſi abſolutè ſtabit pro conſulente, certa e-
rit pro eo victoria.

54 Verùm † quia via poteſt hodie vna vel altera cau
ſa in iudicialem contentionem deuenire, pro qua,
vel contra quam ſit lex aperta, & clara, & quæ inter-
pretatione non poſſit contorqueri, & in varios ſen-
ſus traduci, ideo conueniet primùm leges ipſas, qui-
bus confirmarī poſſit ſnĩa conſulentis, in cãpum pro
ducere, mox eam rationibus, & argumentis cõfirma
re, demum authoritatibus iuriſprudentum fulcire.

55 Leges † appello etiam contractus omnes, ſtipula-
tiones, & pacta, cum notum ſit, omnia negociãtium
placita, & conuentiones legis habere vigorem. l. j.
de pactis. ſub nomine etiam legum comprehendi
intelligo teſtamenta, & vltimas quaſque volunta-
tes, quæ proculdubio vim legis continent, cum ſcri-
bat Imperator in §. diſponat. in authen. de nup. di-
ſponat teſtator, & erit lex.

56 Sed † in legib. ipſis, contractib. vltimis voluntatib.
vel quibuſcunq; alijs diſpoſitionib. quæ in cõtrouer
ſiam deducuntur, perpendendis, & examinandis ſer
uandus eſt ordo quidam: nam cum quælibet homi-
nis diſpoſitio cõſtet mente primùm, mox & verbis,
tãetſi mens proculdubio, & voluntas niſi verbis ex-
primatur, & verborum inſtr̃o in notitiam aliorum
perueniat, nullum poteſt effectum producere; cõſe
quens ſit, vt q̃q̃ voluntatis ponor eſſe debeat cogni
tio, viſq; potentior, attamen & verborum prior eſſe
debet interpretatio, per quam veluti lumine quodã
admoto voluntatem, quæ in mente occulta reſide-
bat, cognoſcamus. ſolo. n. verborum miniſterio re-
ctè percipimus hominum ſenſa, & cogitationes, cũ

illæ ſint earum, quas in animo paſſiones habemus notæ, vt ſolitus erat dicere Baldus.

57 Atqui † qm̃ verborum duplex eſt ſignificatio, propria. ſ. & impropria, & à verborum proprietate non ſit recedendum, niſi mens repugnet, ideo primo loco conſulens verborum proprietatem perpendat, q̃ ſi pro eo ſtabit, illi mordicus inhærere debet, et ſi in aliquo videatur aduerſari præſumptæ menti diſponentis: cum non aliter à verbis recedendum ſit, q̃ ſi de manifeſta mẽte ipſius conſtet. l. non aliter. de leg. 3. ex quib. aũt locis verborum proprietas dignoſcatur, hic non eſt locus deſcribendi, cum tũ de officio conſulentis tractemus, non autem intendamus dare regulas, & modos interpretationum, quod fortè fauente Deo ſpeciali tractatu, quem de interpretatione inſcripſimus, exponemus, ſi vita ſupererit.

58 Quòd † ſi verborum proprietas repugnabit, tunc conſiderandum, an voluntas diſponentis concordet cum ſnĩa reſpondentis, & tunc omnes nerui intendendi, vt clara appareat mens ipſa, quę ſi apparebit, nulli dubium erit, quin mens præualeat verbis, vt nota ſunt iura, & preterea conſiderandi, & diligenter inueſtigandi loci omnes, & ex quibus poſſint verba iuſtè impropriari: ſcimus enim plures eſſe caſus, in quibus verba impropriè capi poſſunt ad hoc, vt vel extendatur, vel reſtringatur, vel interpretationem recipiat diſpoſitio, quos locos omnes enumeraui in dicto tractatu de interpretatione, ideò conſulto omitto, quia etiam nimium longum eſſet in his immorari.

59 Sin autem † mens omnino contradicat verbis, mẽs ipſa (vt dixi) clariſſimè oſtendenda vel claris probationibus, ſi extabunt, vel coniecturis, & præſumptionibus, ſi clariores non extabunt demonſtrationes.

60 In † proponendis tamen coniecturis prudentia non leuis requiritur, & iudicium non oſcitans, ſed ſumma cum vigilãtia adhibitum, vt ſcilicet non ſint imaginationes ſophiſticæ, & vt vulgò dicitur, ſomnia vigilantium, ſed ſint veroſimiles, & cõmuni ſenſui maximè congruentes. non enim vnicuiq; licere debet contingere ex capite ſuo coniecturas, quę nulli ſano capiti admittendæ videantur, ſed illę, quę ab alijs in ſimilibus fuerunt approbatæ, ita vt quilibet recti iudicij credere poſſit, quòd ſi diſponens de ea quæſtione interrogatus fuiſſet, idem reſpondiſſet, hoc eſt ſecundùm ſententiam conſulentis.

61 Quæ † autem ſint legitimæ, & veroſimiles coniecturæ ad mentem diſponentis eliciendam, hic non eſt locus exponendi, ſed eas in prędicto tractatu de interpretatione diligẽter & enumero, & perpendo.

62 Hoc † vnum ſciat conſulens, quòd in coniecturis eruendis, & perſuadendis præcipuè eminere debet ipſius & ingenium, & iudicium, non enim oẽs, quæ occurrunt, vel leuiſſimæ ſunt proponendæ, ne nimia diligentia nauſeam, & contemptum pariat.

63 Quòd † ſi velit nec leues omittere coniecturas, ſingulis potentioribus primo loco propoſitis. reliquas leuiores vnitè exponat, & veluti vno faſce comprehendat, vt quæ ſingulæ ſi fuiſſent adductæ leues, & contẽnendæ viſæ fuiſſent, coniunctę fortiores, & validiores cenſeanẽ, nã & tenuis virga, ſi ſola ſit facilè infringitur, & tamen ſi plures ſimiles addideris, maiori vi opus erit, vt omnes ſimul confringantur.

Inſuper & hæ leuiores coniecturæ neque primo, neque vltimo loco ſunt collocandæ, ſed inter grauiores ſunt conijciendæ, vt ſcilicet præcedentium, & ſubſequentium robore ſuſtineantur, & earum vires adaugeantur.

64 Porrò † latentem diſponentis voluntatem, ac mẽtẽ fortiſſimis indicijs, ac certis ſignis, & veluti veſtigijs quibuſdam inueſtigare, & detegere non eſt quidem leuis negocij, cum opus ſit, vt omnia, quæ adducit indicia, conueniant naturæ, æquitati, atq; omnium iudicio, vel ſaltem prudentiorum. nam & ſi quilibet ſenſu ſuo abũdet, ſunt tamẽ certæ notiones teſte Tul. quas menti noſtrę Deus inſeruit. quę communes ſunt omnibus, & fallere non poſſunt prudentes, quibus potiſſimum inniti debet conſulens in eruenda voluntate diſponentis, cum ea in re tota ipſius laus conſiſtere videatur: nam cum primùm certis coniecturis perſuaſerit, talem fuiſſe mentem diſponentis, ſiue de lege, ſiue de ſtatuto, ſiue de cuiuſque diſponentis voluntate tractetur, ipſe proculdubio victoriam conſequetur ſumma cum ſua gloria.

65 Caueat † ergo conſulens, ne voluntatem diſponentis abſurde contorqueat, neq; eam vel inuitam ad ſui ipſius ſenſum trahat, ſed cõtra coniecturas ad ipſam diſponentis mentem deducat, & accõmodet, & tam aptè cõponat, vt videanẽ veluti lumina quædam, quæ voluntatem in obſcuro poſitam, & nobis non bene notam indicent, & demonſtrẽt. lumina tamen hęc debent eſſe bene emuncta, & ſplendida, ne præpoſtero, confuſo, atq; abſurdo iudicio offuſcata obtuſo ſuo lumine monſtruoſam faciem cõiecturarum oſtendant, vt ſolent ſæpe lurida, & muccoſa lumina, ea, quæ pulchra ſunt, deformia reddere, veluti aſpicientium oculis faſcinatis.

66 Et † quanquàm non negarim poſſibile eſſe: vt mentis coniecturæ nonnunq̃ à verò aberrent (nam coniectari, à quo coniecturæ, nil aliud eſt quàm diuinare, & in diuinatione ſæpe fallimur) attamen & ſæpe veritatem attingunt, & ſenſum iudicis ita cõponunt vt in certam credulitatem ducantur, talem fuiſſe mẽtem diſponentis. non enim requiritur, vt coniecturę omnes demonſtratiuæ ſint, & veritatem certam oſtendant, ſed ſufficit, vt ſint ipſę veroſimiles, & tanq̃ veſtigia quædam oſtendant, non longè eſſe veritatem ipſam, quæ inquiritur. & hæc generaliter dicta de coniecturanda voluntate diſponentis hoc loco ſufficiant, non enim hic intendo, vt dixi, ſingulas cõiecturas perſequi, quę innumera ſunt, & multi negocij, & quas in dicto tractatu meo de interpretatione diligenter explicaui.

67 Si † ergo ſententię conſulentis optimè inſeruient, & uerba, & mens legis, ſiue diſpoſitionis, quam tractabit, jam uictoriam tenebit, quòd ſi uerbnrũ proprietas aliqua in re menti repugnare uidebitur, non abſurda interpretatione lenienda, & adiuuanda erunt: quòd ſi abſque ulla ſpe concordię aduerſentur uerba menti, menti inhæreat omnino conſulens, & illam cauſam tueatur, cui mens inſeruit (modò aperta ſit) & uerba negligat concordes enim omnes iuriſprudentes ſunt in hoc, ut uerba menti cedant tanquàm reginæ, & cuius cauſa uerba inuenta fuerunt.

68 Cum † uerò conſulens legem, uel ſtatutum, uel diſpoſitionem aliquam hominis adducet pro ſua ſententia confirmanda, meminerit ea ad factum, ſuper quo reſpondet, diligenter, & aptè deriuare. non enim ſemper leges reperiuntur, quę directò, & abſolute probent, quod intendimus, ita ut factę ſtudioſè ad illud probandum uideantur, ſed aliquando in argumentũ, i. à ſimili deducantur: & ideo totum opus conſulentis ſæpe in hoc uerſatur, ut leges adductæ per eum ſimilitudine maxima conueniant facto, de quo fuit interrogatus, & de quo reſpondet, & quia difficultas in hoc uidetur eſſe non leuis, ideo ſumma cum diligentia, & perſpicuitate deriuet caſum legis per ſe allegatæ ad factum, de quo controuerſia eſt.

69 Virtus † enim tota iuriſprudentis leges adducentis in applicatione conſiſtit, ut inquit Bal. in l. petẽs. C. de pact. ſequitur Iaſ. in l. emancipata. num. 19. C. qui admit. quod quidem potenti nititur ratione, nã

leges, quæ in argumentum de ducuntur, non poſ-
ſunt ex alio fonte deriuari ad factum, ſuper quo con
70 ſulitur, quàm ex ſimilitudine. Quo † argumento nil
fragilius cum data uel minima diſſimilitudine fundi
tus corruat, nam ſi uel cauſa facti, uel perſona, uel
loco, vel tempore, vel qualitate, vel euentu diſcrepa
rent, diſſimilia, nonſimilia dicerentur. diligentiam
ergo, ac ſtudium maximum adhibere debet conſu-
lens, vt oſtẽdat leges, vel deciſiones adductas in om
nib. prædictis ad amuſſim (ſi fieri poteſt) conuenire,
ꝙ ſi non in oĩb. vt plerũq; euenire ſolet, ſaltem in eo
in quo reſidet ſtatus cauſæ, & punctus qõnis, nam ſi
in eo ſolùm ẽt diſcordarent, iugulata iam eſſet cã ip
ſa, & deplorata; vt ſenſit ẽt Pano. & poſt eum alij ſcri
bentes ibi in c. tranſlato. de conſti. ſciat ergo conſu-
lens, ꝙ vt hoc ſui præcipui muneris eſt, ita & magnæ
eſt opæ leges, & authoritates allegatas ad ſtatũ cãæ
ſuę applicare, & cõponere, vt nulla inter eas cõmiſſu
ra, aut diuerſitas appareat. nil. n. refert, qũo haſta ma
nu, vel ſagitta arcu euolet, ſed qualiter infigatur, in
ſcopum. n. aciem oculorum intendimus, nõ in inſtra
q.b. ſcopum attingimus, & nullũ nocet telum, niſi in-
figaẽ. ſic ergo oportet, vt leges, q̃ veluti tela q̃dam in
ijciunẽ, feriant iudicis aĩum, & in illo fixæ reſideant.
71 Quòd † ſi lex illa, quam adducet conſulens, plures
patietur intellectus, ſummo ſtudio eniti debet; vt il-
lum validis rõnib. confirmet, & oſtendat conuenire
magis menti, & verbis, qui pro eius ſtat opinione, &
reliquos exactè impugnet: qua in re maximè illi in-
ſeruiet cõis opi. quæ ſi pro intellectu, quem ipſe am
plectitur, ſtabit, parum ſibi nocere poterunt reliqui,
cum apud iudices multũ habeat momenti cõis opi.
72 Nec † eos laudandos reor, qui vt multa videntur
adduxiſſe argumenta pro opinione, ꝓ qua rñdent,
cũ plures ſint leges idem probantes, vel in idem ten
dentes, illas ſeparãt, ſingulaſq; ꝓ ſingulis adducunt
argumẽtis. hęc eſt. n. q̃dam inanis ambitio, & fruſtra
toria, atq; odioſa repetitio. laudabilius ergo fuerit,
ſi plures deciſiones legum in idem conſonent, & cõ
cordent, omnes vnico argumento complecti, ne, vt
prouerbio dici ſolet, ex vna offa plures conficiat
bucellas, vel vnica dote plures velit collocare filias.
73 Sed † & hic q̃ri põt, an cũ plures leges, vel deciſio-
nes in vnũ concordant, vna contentus eſſe dẽat con
ſulens, q̃ cæteris apertiùs cõprobet ipſius ſniam, an
oẽs allegare dẽat: & Bar. in l. ſcire oportet. §. vl. in fi.
nu. 8. per illum tex. de exc. tu. ſcripſit, ſufficere vnam
dumtaxat allegare, quem ẽt ſequutus eſt Car. in cle.
ſæpe. in prin. in 6. opp. de verb. ſi. Ant. tñ de But. in c.
vña. nu. 23. de coha. cle. & mu. poſt Io. And. dicit, ꝙ ſi
conſilium eſt tranſmittendũ extra ciuitatem, in qua
conſulens habitat, allegãdę ſunt leges oẽs, ſi verò ſit
remanſurum in ciuitate, non teneẽ allegare leges, ꝓ
qua opinione adducit Spe. in ti. de requiſi. conſi. §. j.
verſ. porrò. ego verò puto hoc pendere à prudentia
ipſius conſulentis, vt. ſ. tpi, & cauſæ cõſulat medium
tenens, vt neq; aceruum plurium legum, & authori
tatum in idem tendentiũ cõgerat, ne lectorem faſti
dioſè oneret, ſed neq; vna, aut altera contentus ſit,
ne fortè videaẽ deſtitui copia plurium iuriſpruden-
tũ idem ſentientium. certum eſt. n. ꝙ plurium in idẽ
conſentiens ſnĩa plus authoritatis componat, quàm
vnius: ſicut etiam de teſtibus dicimus, quòd ſingula
ris, & vnicus teſtis nõ probat, cum tñ plures ꝓbent,
& quò plures ſunt, eò certiorem reddunt iudicem.
74 Si † ergo concluſio, quã probare intendit cõſulens
clara ſit, & habeat pro ſe textum legis (vt dicũt nri)
rotundum, i. perfectiſſimũ cum forma rotunda alijs
ſit perfectior, vt in ſpecie nra ſcripſit Lancel. Dec. in
l. qui ſe patris. C. vnde li. hoc caſu ſatis erat vnicã le-
gem allegare, q͠a (vt rñdit Calc. conſi. 57. col. j.) idem
opabiẽ quò ad fidem faciendam vnica lex clara, quę
nullam patiatur exceptionem, quod operarẽtur mil
le, & ideo poterit meliorem legem adducere, ad-
dendo iſtam clauſulam, cum concordantibus.
75 Quòd † ſi vel vna ſola lex perfectè non probet, vel
circa eam aliqua ſit dubitatio, tunc plures allegan-
dæ, vt quæ non ita proſint ſingulæ, multæ iuuent.
76 Dubitari † etiam põt, an in allegationibus legum
ſufficiat allegare titulum, vel librum, in quo contine
tur lex, vel neceſſe ſit allegare principium legis, para
graphum, & verſiculum, ac etiã titulum, vel librum.
77 Quidam † enim tenuerunt, ꝙ ſufficiat allegare tit.
ut tenet glo. in c. vt euidenter. j. q. 5. & in §. cum igiẽ.
per illum tex. vbi ẽt Bar. nu. 4. in auten. de non eli. 2.
nub. & Car. in cle. conſtitutionum. col. j. de ele. & Al
beri. in l. j. nu. 3. ff. ſi cer. pet. vbi ſcribit, ꝙ licebit qñq;
dicere, lex, vel canõ ita dicit, qui modus ſeruatur in
c. ſuper eo. de hære. ibi, ſuper eo, quod ſcriptum legi
tur. & Pau. Apo. ẽt idem ſeruat ad Hebr. c. 2. dũ inqt
teſtatus eſt aũt in quodã loco, dicẽs. q̃s eſt homo, ꝙ
memor es ei⁹, ꝙ vẽ nõ meminiſſe, ſcriptũ fuiſſe pſ. 8.
78 Verùm † ī ꝓib. nris receptum eſt, vt allegetur prin
cipium l. & §. & etiam titu. licèt aliqui neotorici alle
gent numerum tñ legis, ſub quo poſita eſt in illo ti-
tulo: ſed quia numeri ſæpe ſolent variari, & mutari,
aut corrumpi, ꝓut videmus, varios eſſe numeros le-
gum in pãdectis florentinis à numeris, qui hñt in his
libris, q̃ ante impreſſas pandectas ipſas legebantur,
ideo tutius erit allegare (vt dixi) principium legis, &
paragraphi, vt. ſ. iudex poſſit ſtatim in fonte videre
leges, quas adducit conſulens, ſi fortè de aliqua du
bitaret, & an conſulens in allegationib. bona fide v-
tatur, vt veros citet locos, an ementitè, quod expro
bat Ruffinus Hieronymo in Apologia contra ipſum
ſcripta, dum inquit. locum ſcripturę non profers, ne
me poſſim excuſare. non puto enim fraudis ſuſpicio
ne carere eum, qui locos, & leges certas non addu-
cat, quæ facile reperiri, & videri poſſint.
In forma aũt & mõ allegandi leges ipſas, non dẽt
eſſe nimium ſcrupuloſus, vt. ſ. nõ alleget ſub hac for
ma, lege tali, ſed potius ſub hac, capite tali, vt facit
Martianus in l. diuus. ff. de cuſto. & exhib. reor.
79 Nam † & ſi morem allegandi ſub vocabulo legis
damnet, & reprehẽdat ceruicoſus, & ſuperſtitioſus
ille prudentum iuris inſectator Laur. Val. lib. 4. ele.
c. 48. hac ſola rõne motus, ꝙ rñſa prudentum nõ ſint
leges, licèt habeant vim legis, & aliud ſit eſſe legem,
aliud habere vim legis, attñ illi rñdit Alcia. parerg.
lib. 2. c. 50. & quilibet ſani capitis facile perpendit,
q̃ ſit ſcrupuloſi, & nimium ſeueri ſupercilij ſonũ ver
borum curare, non effectum. ſi enim in effectu uirtu
te, ac poteſtate concordant leges, Senatuſconſulta,
Principum placita, rñſa prudentum, & plebeſcita, ut
hr̃ in §. ſcriptum aũt ius. cum ſex ſequẽtib. & quò ad
efficaciam eorum æquè ligant leges, ſicut rñſa pru-
dentum, & cęteræ iuris partes, iniqui uidetur eſſe, &
maligni, non certè humanitatis profeſſoris, ut ſe ia-
ctabat Valla, ſtomachari tam acriter in eos, qui oẽs
has ſpecies ſub nomine legis æquè comprehendũt.
80 Nam † aliàs & quod Princeps ſtatuit per epiſto-
lam, uel reſcriptum non poſſet ſalua rõne recti ſer-
monis dici lex, cum Imperator Iuſtinianus id dixe-
rit habere legis uigorem, ut dicitur in §. ſed & quod
Principi. inſti. de iure na. gen. & ciu. ubi Accur. opti-
mè interpretatus eſt illa uerba, legis habent uigo-
rem, his uerbis, ideſt, lex eſt, & pro lege habetur. nã
ſi lex dicitur à ligando, quòd ſcilicet omnes liget, &
ad obſeruantiam cogat, nil refert, an ſub noĩe legis,
uel ſenatuſconſulti, uel conſtitutionum Principum,
uel Plebiſciti citetur, cum oĩno effectu ipſo oẽs hæ
ſpẽs ſub noĩe legis cõtineantur, & æqualiter ligent.

Sed

Sed faceſſat iam illa nimiũ uirulenta, & mordax Vallæ petulantia in iuriſcõſultos, cuius morſus iam ſatis fuerunt uindicati ab Alciato, & alijs pluribus, & hic locus non ſit ipſius aculeos cootundendi.

81 Dum†autem cõſulens leges allegare intendit mo neo, uceas (ſaltem quæ negociũ faciunt in cauſa, & q̃ magnum in ea momentũ hñt) in ipſo fonte, vbi ſcriptæ ſunt, videat, & legat, neq; contentus ſit aliorũ relatione, qui fortè ẽt eas non viderunt, ſed & ipſi aliorum relatione contenti fuerunt, ideo cum cæcus cæcum ducat, facilè euenire poterit: vt ambo in foueã cadãt. & amiſſa fide penes iudicem cauſa cadat conſulens, in quos etiam inuehit Fely. in c. ſicut. de ſen. & re iudi. nu. 31. cir. fi. in verſi. vnde caueatis.

82 Præ†ceteris verò hoc graue vitiũ effugiat, ne. ſ. falſas alleget vel leges vel authoritates iuriſprudentũ, ideſt, q̃ perquiſitę non reperiãtur. nã licèt q̃nq; vitio ſcribentium, vel errore, & incuria cõſulentis, vel memoriæ lapſu id poſſit cõtingere, ipſius tñ famã maximè lędent, cum oĩa authori non ſcriptori aſcribent.

83 Attamen†quia q̃nq; in id ẽt incurrere ſolent conſulentes, vel pp nimias occupationes, vel (vt dixi) in curia, excuſari tñ poſſunt (modò ne ſæpius in id vitiũ incurrant) ex humana fragilitate, cuius oẽs obnoxij ſumus, & exemplo ẽt grauiſſimorũ virorũ, q̃ hoc

84 vitium euitare non potuerunt† & vt à M. Tul. tanto philoſopho, & oratore, tanq̃ celebri exordiar. ipſemet in fi. epi. 3. lib. 16. ad Atti. fatetur errorem ſuũ, q lib. de gloria à ſe cõfecto, quem ad Atti. miſerat, ꝓpoſuerat proęmium, qđ lib. 3. acedemico. magis conueniebat, atq; illi ẽt prępoſuerat. iõ monet Atticũ, vt illud à lib. glorię deſecet, & adglutinet aliud, quod ad ipſum tũc mittebat eius loco. inſuper proditum eſt, eius ſcripta multis errorib. aſperſa fuiſſe, dum vnam rem ꝓ alia ſcribit, qui poſteà errores partim ab Att. partim à Bruto, & demũ à Tyrone eius liberto fuerunt emendati, vt locus ille de L. Coſidio in orõne pro Q. Ligario. ſic & io oratore, Eupolin pro Ariſtophane ſcripſerat, quem emendauit Atti. pro Eupoli de Ariſtophanem ponens. & ille ẽt, quem refert Ge. no. Att. li. 25. c. 6. q. ſ. in li. 2. de glo. Tul. retulerit verſus quoſdã Home. in 8. Ilia. ſub perſona Aiacis, cum tñ illos ſcripſerit Home. ſub perſona Hectoris, quos errores annotauit ẽt Ang. Polit. in miſcellaneis ſuis: c. 53. vbi alios ẽt verſus Homeri refert citatos à Tul. ſub noĩe Agamemnonis, cum tñ illos cecinerit Homerus ſub noĩe Vliſſis, cui ẽt Tul. ſimilem errorẽ falſæ allegationis aſcribit Victorius Variarum li. 3. c. 3. qui & eo. li. c. 4. no. Varro. q ſcriptum reliquerit, no ẽtem fuiſſe filiã Hærebi ſcđm Heſiodum, cum tñ ipſe Heſiodus ſororem potius ſcribat fuiſſe non filiam

85 †& idem ẽt Vict. eo. li. c. 9. refert Ora. in epi. ſua ad L. Florum, q̃ eſt ſcđa li. 2. falsò ſcripſiſſe, quendã Argis fuiſſe ſuauiter inſanientẽ, cũ tñ Ariſt. in comentario ſuo de reb. admirabili. Abidij, nõ Argis fuiſſe teſteť.

86 Quid? q† & ipſe Ariſt. qui nihil ignoraſſe dř, li. 2. Eth. c. vl. recitat verſ. Home. dictos ſub perſona Calypſonis, & tñ Euſtrath. eius peregregius interpres ibi refert dictos ſub perſona Circis, cum tamen vterque fallatur, q. ſ. dicti fuerunt ſub perſona Vliſſis, vt Lambinus animaduertit in interpretatione dic. c. vl.

87 Et †inſuper Nonius Marcel. citat Plauti verſum ex comœdia inſcripta mercator, cum ſcriptus ſit in ea, quæ Caſſina inſcribitur, quod notauit Canterus lib. 4. nouar. lectio. c. 6. Qui etiam lib. 7. c. 21. refert Platonem duobus in locis verſum quendam citaſſe ſub nomine Euripidis, cum tamen fuerit Sophoclis.

88 Sed† q̃d dicemus de Apoſtolis, & Euãgeliſtis. quos D. Hiero. aſſerit nõ nunq̃ laboraſſe hoc vitio, vt aliter citarent verba ſcripturæ vete. q̃ legerentur. nã is exponens hæc verba in c. 5. Mich. ſcripta, & tu Bethlẽ terra Iuda &c. teſtatur Apoſtolos ipſos, & Euãgeliſtas citaſſe aliqñ loca aliqua ſcripturæ ſacræ mutata litera, & ẽt ſenſu, & ibidem citat locos aliquos, in q̃b. recitãdis errarunt. & idem Hier. in eius libel. de opti. gene. interpretan. ſcripto ad Pãmachium 7. locos refert, in quibus & Apoſtoli, & Euangeliſtæ citarunt veterem ſcripturam ſub noĩe vnius Propbetæ, cum tamen illa verba ſint ſcripta ſub nomine alterius: & præterea referunt verba aliter quàm leguntur in loco citato, quos errores lapſu memoriæ contigiſſe dicit Hierony. cui etiam aſſentitur Auguſtinus in libello de conſenſu Euangeliſtarum, li. 3. c. 7.

89 Qoin† & ipſe Hier. qui alienos detegit errores, in epiſt. 2. ad Neopotianum refert illud apophtegma, non es mihi Philippe cõſul, ſi ego tibi non ſum ſenator, tanq̃ dictum à Domitio orat. cum tñ Vale. max. li. 6. c. de liberè dictis, aſcribat illud L. Craſſo, nõ Domitio, q̃ non iõ retuli (vt verba ẽt ipſius Hiero. in dicto libel. de opti. gene. interpretan. aſcribam) vt Euãgeliſtas, & Apoſt. arguã falſitatis: hoc q̃ppe eſſet impiorum Porphirij, Celſi, Iulia. ſed vt reprehenſores eorum, qui q̃nq; per errorem labuntur, arguã nimiæ ſeueritatis, & impetrem ab eis veniam, vt concedant q̃nq; cõſulentib. id qđ in ſcripturis ſanctis velint, nolint, conceſſuri ſunt, tanta eſt. n. nr̃a humana fragilitas, vt & ſancti viri cogantur fateri ſe eſſe homines, & eandem fragilitatem omnibus cõem experiri.

90 Si† forte ergo inter multa conſilia edita à quopiã cõſulente legem aliquam, vel authoritates aliquas allegatas non reperies, officioſum erit condonare & multitudini allegationum, & manus, vel oculorũ errori, vel volanti calamo, vel defeſſo iam ingenio, vel fallaci memoriæ, vel ſcriptoris, vel impreſſoris errori, in qđ vitium ſæpe etiam incurrerunt & Accur. & Bar. & deniq; omnes aliqñ in allegationib. errantes.

91 Maximè † tñ, & quidem ſummo ſtudio elaborare debebit cõſulens, vt ſaltem in ijs legib. & authoritatib. allegandis, in quib. rñſi ſui põdus, ac fundamentũ cõſiſtit, nil aberret à vero, qđ cõſequetur, ſi intento aĩo ſtudium, ac diligentiã adhibuerit, & veras ſcribat allegationes, ſcriptasq; relegat iterũ atq; iterũ.

92 In † legũ verò numero põt aliqñ cõſulens ẽt ſacrã ſcripturam, & veterem, & nouã allegare ad cõfirmationem ſuæ ſnĩæ. q̃q̃ n. ſciam vtriuſq; teſtamenti legem ſcriptam fuiſſe ad aĩarum ſalutem, & ad ædificandam Eccleſiã fidelium Chriſtianorũ, & aliud eſſe eccleſiã, & forum eccleſiæ, aliud politiã ciuilem, & forũ ſeculare: attñ cum Dei præcepta, & monita ſint fundamenta verarum legum, & iuriſprudentia ſit diuinarum, atq; humanarum rerũ notitia, neceſſe eſt, ut & ſacra uolumina ad fidem faciendam multùm conferant etiam in cauſis priuatis, ut ſcripſit etiam Panormi. in c. afferte. per illum text. de præſump. & Alexan. in addi. ad Barto. in l. nemo iudex. C. de ſen ten. & interlo. omni. iud. in uerſi. non exemplis.

93 Latet†enim reuera in ſacris literis Archetypus quidam boni, & æqui, ac ẽt totius iuris, ab illiſq; uelut à quodam perpetuo lumine, uel perenni fonte deſumuntur humanarum legum ſcintillæ, & deriuantur riuuli totius ciuilis politiæ. Si ergo conſulens legib. aut rõnib. ſuis addiderit ẽt ſcripturã ueteris, uel noui teſtamenti, certè iudicis aĩus, ſi chriſtianus fuerit multùm mouebitur, & ſi ob perplexitatem cauſæ nutaret, audita diuina ſcriptura, totus incũbet in ſnĩam cõſulentis, ſi pro eo ſtabit diuina authoritas, modò locus adductus apprimè conueniat, & adaptari poſſit ſnĩæ, quam conſulens cõfirmare intendit, neq; faſtu, & multarum rerũ cognitionis laude adductus uideatur. hoc. n. eſſet nõ uti ſacra ſcriptura, ſed abuti.

94 Poſt † leges ergo omnes adductas, quas nouerit conſulens cauſæ ſuæ inſeruire, uel ſi nullã legem, ſta

tutum,

tutum, vel hominis diſpoſitionem nouerit extare,
quam deducat, deueniat a rationes, & argumenta.
95 Et † quanquam ſciam Bal. in l. Neſennius. num. j.
verſi. & nota modum allegandi, per illum text. ff. de
neg. geſt. docuiſſe contrariũ, q ſcilicet rões ſunt ad
ducendæ, poſtea leges, fortè motus (licèt ipſe non
dicat) ea róne, quia nulla lex iuſta videri poteſt ſine
róne l. 2. ff. de leg. c. erit autem lex. 4. di. neceſſe ergo
eſt, q ratio præceſſerit legem pariter ergo præponen
da erit, attamẽ ſuaderi non poſſum, vt illi aſſentiar.
96 Nam † licèt fatear, rõnem origine præcedere le-
gem, atñ & hoc fateatur Bal. neceſſe eſt q añ legẽ
ſcriptam rõ eius non ligat, neq; cogit ad obſeruan-
tiá ipſius rõnis quanq̃ rõ eſſet honeſta, & iuſta, lex
aũt promulgata tunc ligat ẽt ſi rõnem non tam iuſtã
haberet, ſed potius præduram. l. proſpexit. ff. qui & á
q.b. & non oĩum, q̃ á maiorib. cõſtituta ſunt, rõ reddi
pt, ſed ſufficit pro rõne volũtas l. nõ poſſunt. ff. de le.
97 Cum † igitur conſulẽs perſuadere debeat iudici,
vt pro ſua ſnĩa iudicet, oportet, q prius doceat, eum
lege teneri, & cogi ad ita iudicandum: quod ſatis eſ
ſet, ſed poſt legẽ poſtea rõnem adducere debet, vt li
queat legem ipſam non eſſe ſine rõne, & q ideo eò
magis iudex in ſuam ſententiam inclinare debet.
98 Sed † dum hoc loco dixi poſt leges adducendas
rationes, non intellexi de rationibus expreſſis in le-
ge, quibus ipſæ leges confectæ fuerunt, ſed de ratio
nib. quas deficiente lege volumus legis vim habere.
99 In † rationibus autem, & argumentis collocandis
ordo quoque ſeruandus eſt, qui vel ſumatur á natu-
ra cauſæ, vel á leuioribus gradatim ad validiora, &
firmiora conſcendatur, quæ cum vltimo loco propo
nantur, diutius memoriæ infixa inhærebunt.
100 Sic † aũt gradatim aſcendẽdum eſt ex ordine na
turę, vt ſecunda rõ á priore naſci quodãmodo videa
tur, & prioris finis ſit quaſi principiũ ſequentis, vt ſi
quis intendens probare ſe abſoluendum eſſe á peti-
tione fideicõmiſſi contra ſe propoſita, primò defen
dat, & rões adducat, quib. appareat, nullum extare
fideicõmiſſum neq; ex verbis, neq; ex mẽte, deinde
dicat, q ſi extaret fideicõmiſſum, non tñ ex eo voca
tus foret aduerſarius. mox ſi daretẽ ẽt, q vocatus fo-
ret, non tñ adhuc extitiſſet condõ fideicõmiſſi, qđ &
ſi extitiſſet, pbet renũciatũ fuiſſe p actorẽ, & cũ oĩa
pdicta ceſſarent, locũ ſaltẽ eſſe detractionib. plurib.
101 Aduertendum † tñ, q hic ordo non eſt, quo proce
ditur ab infirmiori ad magis firmum, melius. n. & vti
lius eſt, hæredi nullum extare fideicõmiſſum, quę rõ
prima fuit in ordine, quo caſu vniuerſa bona ei re-
manent, q̃ q exiſtente fideicõmiſſo, detraheẽ vel le-
gitima, vel trebellianica, vel dos aliqua, vel aliud q.d
piam. ſed ordo iſte ſumptus eſt á natura cauſæ, nam
ſecundũ naturam prius cognoſcẽdum. an quid ſit, &
per cõſequens an ſit fideicõmiſſum: inde quærendũ
quale ſit fideicõmiſſum, an. ſ. purum, vel conditiona
le, præſupoſito q extet, poſtea, quos comprehẽdat,
mox an ſit infirmatum, vel remiſſum, poſtremò quid
detrahẽdum: nã naturæ ordo eſt, vt ſequens ſp præ-
ſuponat primum, ſicut priuatio præſuponit habitũ.
102 Quòd † ſi in ſpecie propoſita incipere voluiſſet
reus ab infirmiori, vt gradatim ad validiora aſcende
ret, ſic procedẽdum fuiſſet, vt diceret, non potuiſſet
actor petere, qđ petijt, cũ dato, q extaret fideicõmiſ
ſum, detrahenda ſaltem foret trebellianica, & alia,
ſed ſuper hoc non inſiſtendum: quia præſupoſito fi-
deicommiſſo, conſtat actorẽ illi renũciaſſe, ſed & ſi
non renũciaſſet, non poſſet petere, quia defecit, vel
nondum venit conditio, ſed, quod plus eſt, dato, q
extitiſſet cõditio, actor non eſt de uocatis, &, quod
maximum eſt omnium, ſi vocatus fuiſſet tamen nul-
lum poteſt dici nunc extare fideicommiſſum.

103 Verùm † cum vterq; ordo admitti poſſit, putarim
tñ ſp ordinẽ naturæ magis ſeruandum, quippe q na
tura ſp artem ſuperat. prudentia tñ, & iudicio in hac
quoque (vt in cæteris omnibus) opus eſt, vt ſcilicet
ea teneatur methodus, quæ magis iudicio conſulen
tis conuenire videbitur, perſonis, iudicibus, & cau-
ſæ, in hoc enim certa regula dari non poteſt.
104 Hoc † vnũſciat ãt conſulens, argumenta non eſſe
numeranda, vt. ſ. multitudine perſuadeãt, ſed expen
denda, vt grauitate, & vi ſua in mentẽ iudicis ſe inſi-
nuent. multa. n. occurrunt, q̃ profutura videnẽ, ſed ea
partim tã leuia ſunt, vt contẽnantur partim, & ſi q.d
habeant adiumenti, ſunt tñ plerunq; eiuſmodi, vt in
ſit in eis aliquid vitij, neq; tanti ſit illud, in quo pro-
deſſe videatur, quãtum ſit mali, cũ quo coniungitur.
105 Neq; † ẽt inutile q̃nq; fore putarim: vt aliqua ex
fortiorib. argumẽtis in initio ponanẽ, aliqua ẽt in fi-
ne, infirmiora verò in medio collocẽtur, vt ſ. dixi de
coniecturis, ſicut & in militari diſciplina validiores
prima fronte opponuntur milites, & ẽt in extrema
parte exercitus, in medio verò ſæpe collocantur im
pedimenta, infirmi & cęteri imbecilliores. ſi. n. in pri
mo ingreſſu iudici occurreret validum fundamentũ,
eo ipſo in veſtibulo incipiet aliq̃to perſuaderi, qua
perſuaſione inhibita, leuiora ĩ medio collocata, gra-
uiora videbunẽ: q ſi poſtremò robuſtiſſima reperiet
argumenta, tum eam opinionem pro cã conſulentis
induet, quæ difficilè poterit per aduerſarium exui.
106 Qua † in re (vt dixi) eminere dẽt cõſulẽtis iudiciũ,
nã (vt inqt Tul. in Bruto) collocãda ſunt oĩa argumẽ
ta apto loco, nõ ſecꝰ ac pictorũ tabulę bono lumine.
107 Meminerit † tñ cõſulens in proponendis argumẽ
tis, vt ea clarè, & perſpicuè explicet, quòd facilè effi
ciet, ſi formam ſeruabit argumentorum, vt ſcilicet
ſillogiſmo perfecto vtatur, maiorem, & minorem,
quas vocant, proponendo, ex quibus ſequatur ne-
ceſſaria, & ſponte ſua fluens conclusio.
108 Nam † licèt & enthimemate vti poſſit, qđ eſt ſilogiſ
mus imperfectus, omiſſa. ſ. maiore, vel minore, con-
cluſionem ex minore, vel maiore dumtaxat colligẽ-
109 do, † & poſſit ẽt inductione, & exemplo vti, q.b. ma-
ximè cõſulentes vtuntur, eſt inductio nil aliud eſt, q̃
argumentũ ex multis particularib. vnum vniuerſale
110 concludens, & probãs: † exemplũ verò ſit argumen
tum ex vno ſimili particulari, aliud particulare pro-
111 bans: † atñ cum vtitur perfectu ſyllogiſmo altius vẽ
infigi in aĩum iudicis, cum maiorem quoq; propoſi-
tionem veram eſſe videat, & apertè deductam. dum
enim occupaẽ conſulens in ſuadenda maiore (ſi qua
natura nota, & certa non ſit) iudex magis fit doctilis,
cũ ex maiore, & minore apertior, & expeditior ſter
natur via ad concluſionem ſuadendam, q̃ ſi minore
tñ vteretur, de forma quorum argumentorum hoc
loco plura non loquor, cum lõgioris ſit tpis, & maio
ris quidem operæ: de quib. ẽt latè in tractatu de in-
terpretatione diſſerui: & ab Euerardo, & alijs claſ
ſiuis iureconſultis enumeratè leguntur oẽs ferè ar-
112 gumentorum ſpẽs, & loci, ex quib. ſumi poſſunt † ſed
hoc hic dicere volui, vt noſcãt conſulentes, ſtudium
oẽ ſuum, ac ſudores oẽs impendendos in ritè propo
nendis argumentis, vt ſcilicet poſſint á iudice perſe
ctè intelligi, & poſſideri. nam ſi adeo ſint & perple
xa, & obſcura, vt difficile percipi poſſint, leuius aĩo
iudicis infigentur, perinde ac ſagitta curua, vel non
bene recta, quæ neque altius infigi poteſt, & ſi infigi
tur, longè á ſcopo aberrat. ſi ergo perſpicuitas in a-
liqua parte conſilij opportuna eſt in hac argumento-
rum parte per quã neceſſaria proculdubio videtur.
113 Sin. verò aliquod argumentum natura ſua vi-
debitur obſcurum, & perplexum, illud varijs modis
explicatum, & collectũ repetat, & ſæpius inculcet:
ſic

ſic enim fiet, vt quòd iudex vno modo expoſitum percipere non potuit, alia forma propoſitum facilius intelligat, modò in hac repetitione faſtidium, & nauſeam repetitionis euitet: vt ſcilicet nouis formis veſtitum idem tanq̃ tamen nouum adducat argumentū. nouitas enim illa faſtidium impediet, nõ ſecus ac ſi eundem cibum, puta leporem tantùm in conuiuio ſemper reponas, nouis tamen, & delectabilibus condimentis variatum: nam eò maximè delectabuntur conuiuæ, tametſi idem ſit repetitum obſonium.

114 Expeditis † argumẽtationibus poterit omnia per ſe antedicta authoritatibus iuriſprudentum confirmare, quod quidẽ maximã augebit fidẽ iudici, vt ſi cū multia fortè erraret, excuſatione dignus habeaẽ.

115 Nolim † tamen eum ita eſſe occupatum in authoritatibus cumulandis, vt ſi leges habeat vel ẽt gloſſas, quibus vti poſſit, illis omiſſis authoritatibus tantùm vtatur. nam authoritates interpretū, aut conſulentium duobus tantùm caſibus ſunt adducendæ. uidelicet: cum nullæ apparerent leges, aut certæ rationes, vel cum leges dubiæ vñr, & ideo authoritate iuriſprudentum pro confirmatione indigent ad tollendam omnem dubitationem. nã Socrates in Protagora Platonis eos, qui authoritatibus tantū abſq; ratione nituntur, plebeis hominibus ſimiles eſſe ſcribit, qui in conuiuijs tibicines inducere conſueuere, vt conuiuas detinerent, cum de rebus præclaris ipſi verba facere neſcirent, ſcilicet vt alienis paſcantur ſonis conuiuarum aures, non ſuis.

116 Parcus † ſit etiam conſulens in adducendo authoritates eorum, quorum ſcripta non reperiuntur, ſic .n. ſuſpectum ſe reddet, cum ſtudioſè videatur adduxiſſe in ſuum fauorem eos autores, qui legi non poſſunt, ne ſcilicet de mendacio argui poſſit, uel ne poſſit cognoſci, an locus ille, quem citat, apprimè conueniat caſui, de quo agitur; nimirum ergo ſi tales authoritatea parum momenti afferent ad cauſam, vt dixit Deci. conſi. 559. verſic. præterea. & ſupra etiam dixi.

117 Sed † & conſulenti cauendum puto, ne eos citet authores, quorum nomina vel raró ſunt audita, vel modicæ ſunt authoritatis. non enim afferre poterunt ad cauſam conſulentis fidem, aut authoritatẽ, quam ipſi non habent, ſed adducat eos dumtaxat, quorum authoritas maximè eſt celebrata, & communi omnium prudentum iudicio laudata, niſi fortè tantam haberet de eo, quod ſcribit conſulens authoritatum penuriam, vt vnum tantùm reperiret authorem, licèt obſcuri nominis, qui de ea re in ſpecie reſpõdiſſet, uel ſcripſiſſet: tunc enim vtilius erit, aliquem ſententiæ ſuæ aſcribentem allegare, quiſquis is fuerit, quàm nullum habere conteſtem.

Si quæratur autem, an cum adſint plurium iuriſprudentum authoritates in idem tẽdentes, omnes ſint afferendæ, vel una contentus eſſe debeat, vel paucis ſaltem. huic quæſtioni ſatisfeci ſupra ſatis abunde hoc eodem capite, dum reſpondi ad quæſtionem, an plures leges idem probantes ſint allegandæ. Quibus hoc addo, quòd ſi vnus iuriſperitus pluribus in locis idem ſcripſerit, non putarim abſurdum, ſi eundem pluribus in locis idem ſentientem citet, vt ſcilice vel cognoſcat iudex authorem illū non perfunctoriè, & inconſultò id ſenſiſſe, ſed certa cum animi deliberatione, cū ſæpius idẽ repetierit, quod non poteſt niſi fidem augere, uel vt ſi forte alio in loco idem author contrarium ſenſiſſe videretur, cognoſcat iudex, illam ipſius ſententiam ſequendam eſſe, quam pluribus in locis affirmauerit, cum geminatio, & repetitio maiorem arguat (vt diu) deliberationem, quod & aſſeruit Iaſ. conſi. 89. col. vlt. in 3. & Valla conſi. 67. nu. 33. in princ.

118 Cum † autem in aliquo articulo contigerit reperiri plures opiniones, & varias, prout ſæpe euenit, putarim uel omnes referendas, ne videatur cõſulẽs illas uel non vidiſſe, uel viſas diſſimulaſſe, & effugiſſe tamquam nimiū pungentia ſpicula: atqui eas certè afferendas eſſe putarim, quæ melioribus ſunt fulcitæ argumẽtis addita ratione, qua motus aliàs uti leues nõ recitauit, qđ ẽt ſenſit Ariſt. ethic. lib. j. c. 3.

Relatis autem opinionibua totus incumbat in cõfirmanda ea, quam ſequitur, & infirmandis cæteris, quas reijcit: in incerto enim conſtitueretur iudex, ſi à conſulente non perſuaderetur iuſtis rationibus, quæ nam relatarum opinionum uerior, ac probabilior eſſet.

119 Iudicio † autem conſulentis relinquendum puto, an malit uti authoritatibus antiquorum authorum, uel recentiorum. quanquàm enim antiquiores per plura ſecula grauiorem ſibi comparauerint authoritatem, attamen & recentiores plerunque accuratius, & diligentius examinarunt, & perpenderunt articulos quàm antiquiores, ut paſſim in eorū reſponſis uideri poteſt.

150 Hanc † tamen ego regulam tenendam arbitror, ut illi primum afferantur authores, qui præcellunt authoritate, & qui uerè authores fuerũt primi eius opinionis, quam refert conſulens: poſtea ſi plures habeat, qui idem cenſuerint, contentus eſſe poterit eo recentiori, qui copioſius, & maiori, & magis elaborato ſtudio quæſtionem illam pertractauerit; ex eo enim facilè uidebit iudex & copiam authorum idem ſentientium, & rationum, quæ id probent, quod intẽdit, ne uideatur ſcilicet ſuperfluò librum ex libro tranſcribere.

551 Iam † verò confirmata ſententia, pro qua reſpõdet conſulẽs legibus, rationibus, & authoritatibus, ut dictum eſt, reliquum erit, ut aduerſarij argumenta non modò diluat, ſed & funditus deſtruat, ſi fieri poteſt, quod pluribus modis fiet, quos hìc enumerandi locus non eſt. Sed ſciat conſulens in duobus his collimare oẽs argumentorum ſolutiones, ut uidelicet uel falſæ probentur propoſitiones pro aduerſario deductæ, uel ſi id fieri non poſſit, oſtẽdat eas ualde diſſimiles à ſpecie, & concluſionibus, atq; argumentis per conſultorem deductis. data enim diſſimilitudine præſertim circa ſtatum, & principalia cauſæ, corruunt argumenta omnia.

155 Sed † hic dubitari poteſt, an ſi aliquod ſtet argumentum pro aduerſario, quod validiſſimum uideatur, & forte inſolubile appareat, an diutius ſit ſuper eo immorandum, ut tollatur, an potius diſſimulandum tamquam leue? & certè ſi rhetorum præcepta ſequi uellemus, monet nos Tull. ſecundo de oratore, q̃ ſi quid habet boni orator in cauſa ſua, id pleno (ut aiunt) ore exponat, exornet, & exageret, ibique commoretur, habitet, atque hæreat, à malo uerò, & uitio cauſæ ita recedat, ut non illud fugere uideatur, ſed ut dum bonum, quod eſt, exornat, & amplificat, uitium illud diſſimulatum obruat, atque elucere prohibeat. monens ideo, quòd firmiſſimis argumentis aduerſarij ſæpe non reſpondeamus; cū poſſimus quandoque conſidere, q̃ à iudicis memoria ad alia pertracti exciderint.

123 Verùm † cū nos non de ufficio oratoris, aut aduocati, ſed de officio conſulentis tractemus, & illū bonum uirum eſſe uelimus, non putarim ullo pacto ab eo diſſimulanda eſſe argumenta quælibet aduerſarij, quæ negocium facere poſſent cauſæ ſuæ. hoc enim ſubdolam quandam fraudem oleret, & eſſet aſtuti potius, quam cauti, & boni uiri. nam ſi præcipuum munus conſulentis eſt perſuadere, quod uerum

rum eſt, quomodo verum perſuadere poterit, ſi diſſimularione, quæ vero contraria eſt, vteretur?

124 Adde † q ſi fortè iudex aſtutiam præſentiret nõ modò in eo, quod diſſimulat, fides apud eũ minuetur cõſulentis, ſed etiam io reliquis cauſæ partibus, quam tamẽ totis viribus eniti debet, vt apud iudicẽ retineat, q uulla alia meliori ratjone facere põt, q̃ ſi bona fide oĩa propoſuiſſe contraria exiſtimetur.

125 Quòd † ſi, vt dictum eſt, aliquid pro aduerſario ſtare videbitur, quod nimium vrgeret cauſam ſuã, totis viribus inſudet, vt illud diluat, quod & efficiet, ſi iuſta erit cauſa ſua, vel etiam ſi argumento aduerſarij aliud fortiſſimum obijciat, quod cauſam ſuam validiſſimè confirmet, & collatum cum illo aduerſarij præponderare videatur, & demum omnia in iudicis prudentia reponat, & meminerit, ſatius eſſe in pertractanda cauſa procedere etiam cum aliquo ſuo incommodo, quàm conſcientiæ, & integritatis ſuæ iacturam facere.

126 Id † tamen etiam ſalua conſcientia obſeruare poteſt conſulens, vt aduerſarij argumenta ſimpliciter proponat, neque ea amplificet, aut nimium confirmet, & coadiuuet, id enim eſſet flamam non extinguere, ſed augere, & exulcerare vulnus, non ſanare. ſatisfactum enim erit ſatis conſcientiæ, ſi argumenta adoerſarij ſimpliciter, & bona fide exponat, cum non id agat, vt ea confirmet, ſed potius vt infirmet.

127 Hoc † inſuper maximè conſulenti obſeruandum eſt tam in confirmandis ſuis, quàm in refellendis aduerſarij argumentis, vt noo modò proſit cauſæ, ſed & nequid obſit: multo enim turpius nocuiſſe foret, quàm oon profuiſſe. non tantùm ergo deducere debet, & proponere, qđ opus eſt, ſed etiã quod opus non eſt, tacere, modò ſine frande id fiat. ſæpe enim contingit eruditiſſimis viris, vt in magna argumẽtorum congerie, quæ peracuto ingenio ſeſe offerunt, aliqua calamo excidãt, quæ ſcripſiſſe poſtea pœniteat, & quæ poſſunt in eum ſenſum contorqueri, qui noceat: nihil enim feracius eſt ingeoio hominis, eo præſertim, quod diſciplinis excultum eſt, & diu maceratum, ſed vt fœcundus, ac luxurians ager non ſolùm bonas ſegetes, ſed ẽt herbas frugibus inimiciſſimas effundit, ſic & interdum ingenia ipſa in magna argumentorum ſilua aliqua profundunt, quę tamquam dumeta, & ſpinæ pungunt, & nocent. in ijs ergo ſeligendis quæ proſint, & non officiunt, ſummus, ac diligens babendus eſt delectus, nam vt in vita ipſa, ita in conſilijs dandis nil difficilius, q̃ qđ deceat, atq; vtile ſit abſq; nullo oocumento inuenire.

128 Caueat † ergo præcipuè conſulens à verbis, & argumentis ambiguis, quæ præter eius ſenſum in eũ retorqueri poſſunt, & plurimùm nocere: enitendũ .n. certè eſt conſulenti, vt omni ex parte aliquid boni dicat, ſed id magis canendum, vt ne quid mali.

129 Caueat † etiam, ne quid dicat, quod falſum eſſe conuinci poſſit, uel in facto, qđ improbi eſt (ſi ſciẽs id dicat) vel in iure, quod uel ignorãtis eſt, nel perfidi. nil enim magis minuit authoritatem, & fidem, quàm mendacium, cum & iuris præſumptione falſus in vna, præſumatur falſus in omnibus: vt etiam ſupra dixi.

130 Præterea † caueat id, quod deterius eſt, ne ſcilicet ſibi ipſi cõtrarius deprehendatur; nam & in hoc neceſſe eſt; vt ex una parte falſa dicat, cum alia pars vera remaneat; & prætereà falſitas hæc nnn indiget probatione; aut teſtibus, cum vel ipſo conſulente teſte de falſitate conuincatur, & præter hoc incuria ipſius, & ſupina oegligentia apertè detegitur, quod in conſulente maximum eſt vitium.

131 Exempla † autem, præiudicia, & res indicatę in ſimilibus cauſis magnam certè afferunt emolumentum iis, pro quibus ſtant. nam (vt inquit Vlpia.) res iudicata pro veritate habetur, & licèt non ignotem exemplis aliorum iudicum non eſſe ſententias proferendas. l. nemo. C. de ſent. & interlo. om. iud. & q res inter alios acta tertio noo præindicat. attamen id verum eſſe ſcio, quando cõſtat exemplum illud, & rem indicatam iniuſtam fuiſſe, aliàs pro ſententia præſumetur: vt in l. j. §. quamuis autem cæcus. ff. de poſtul. & l. an apud. ff. de man. vind. & §. j. inſtit. de codicill. & eſt tex. apertus in c. afferte. de præſump. vbi omnes ſcribentes hoc notant. aut ergo adducitur res iudicata ad comprobandam ſententiam nouam, & ab aliis iuriſprudentibus non conſideratã; & certè præſumptionem habebit pro ſe res iudicata, & multum proderit cauſæ, pro qua reſpondet cõſulens, aut ſtat ipſa res iudicata contra iuriſperitorum ſententiam, & tunc veritati ſtandum, aut verò adducitur ad comprobandam aliquam opinionem tamquam veriorem, & certè res iudicata etiã inter alios multum ad confirmandum habet momenti. nam (vt inquit Tul. ad Seru. Sulpitium ſcribens lib. 4. famil. epiſt. 45.) quod exemplo fit, id ẽt iure fieri putatur; ſed & exemplis vtetur ad declarã-
132 dum res obſcuras, & ambiguas, † exempla enim loco teſtium ſunt, vt ſcribit Ariſt. 7. ethic. c. 2. & res iudicatæ, ſi plures ſint, conſuetudinem faciunt, & vim habent; cum minimè ſint mutaoda, quæ interpretationem, atque obſeruationem certam ſemper habuerunt. l. minimè. ff. de legi.

133 Curet † inſuper conſulens, vt omnia, videlicet tã ipſius confirmationes quàm confutationes ad æquilibrium æquitatis reſpondeant, quam ſemper præ oculis habere debet, & apices, atque inanes iuris ſubtilitates omnino negligat, quinimo & fugiat. nã (vt Celſus adoleſcens dicere ſolebat) ſub authoritate iuris plerunque pernicioſè erratur, & ſcimus ius nil aliud eſſe, quàm artem boni, & æqui, ex qua arte iuſtus dicitur verè iuſtus, quod & Virgilius indicauit, dum laudans Ripheum Teucrorum omniũ iuſtiſſimum ſic canit.

Cadit & Ripheus iuſtiſſimus vnus
Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui.

134 Et † quanquam ſciam apud nos rigorem ſcriptũ præferri æquitati non ſcriptæ, id tameo uerũ, quando lex. quæ rigorem continet eſt aperta, & clara, neq; vlla veroſimili interpretatione poteſt cũ ęquitate conciliari. ſufficit enim tunc dicere, ſic placuit legislatori, ſed quando ooo eſt ita clarus ille rigor, vel quando mens, & conſuetudo æquitati innitens repugnat, certè ſequenda æquitas, rigor ille fugiendus, nam iuriſprudentis nomen ex bis vocibus conſtat, ius, & prudentia, ſed ius, nil aliud eſt, quàm ars boni, & æqui, vt dixi. & prudentia eſt facultas, qua inſtè præponimus ęquitatem rigori, & acerbitatem huius maturitate æquitatis temperamus.

135 Aequitas † enim verè colligitur ex iure naturali, quod immutabile eſt, vt ſcilicet id æquũ in aliis putes, quod in cauſa tua ſtatui uelles. & Tull. de clar. orator. ſcripſit, boni uiri eſſe pro æquo, & bono etiã contra ius ſcriptum iudicare, quod tamen ego intelligo, quando euidens appareat æquitas alicuius prudentis authoritate confirmata, & iniquitas iuris ſcripti, uel ſaltem poterit de duricie illa rigoroſa, ac nimium ſcrabroſa aliquid detrahere, & ad temperiem aliquam reducere per interpretationem modò ex bona fide, & iuxta cõmunem ſenſum componatur eorum diſſidium.

136 Nam † & apud Romanos in iudiciis bonæ fidei ſolebat ſemper apponi illa clauſula, melius æquius, & inter bonos bene agier, vt eſt author Tull. in topicis, &

picis,& in 3.uſſic.qua ſcilicet monebantur iudices, quòd inexorabili illi iuris rigori ſcripto quãdoque præferrent id,quod melius,& æquius videretur habita ratione perſonarũ,locorum,temporum,cauſarum,& aliarũ qualitatũ,quæ ſolent circũſtare cauſę.

137 Nam † & æquitatem ſequutus Prætor multa detrahebat de iure ſcripto, multaq; illi addebat. l. ius aſit ciuile.§.ius prætorium. & l.quod ſi Epheſi.ff.de eo,quod cer.lo. & de his pleni ſunt libri digeſtorũ.

138 Meminerit † ergo conſulens ſe conſtitutum eſſe ſacerdotem æqui, & boni, atque ideo id præcipue curare debere;vt illud tueatur, illique nullam iniuriam inferat.ſic enim ego puto,vt qui contra æquũ, & bonũ repugnante conſcientia rñderit, is conſciẽtiã ſuã damnet, & iuriſprudentis nomine abutatur.

139 Eo † etiam nomine iuriſprudentis, & æquitatis monetur conſulens,vt ſubtilitates inanes,vel nimiũ ſcrupuloſas euitet, quæ ſuo acumine ſe ipſas frangunt,ſunt.n.hæ potius inſidiæ, quæ verum circumuenire videntur,vt ſcribit Bal.in Rub. de rerum diui.in vlt.col. Quinimo in apicibus, & ſubtilitatibus error in dubio præſumitur, vt Dec. reſpondit conſi. 63.nu.7.& præter ingenij oſtentationẽ nil proſunt, quin potius nocent, cum ſuſpectum reddant iudici eum,qui illis vtitur, & conſulentis authoritati multũ detrahant,& fidem tollant, cũ ſemper timeat iudex, ne cauilloſis excogitationibus circũueniatur, & ideo ſuſpenſo pede in lectione conſilij ſemper ꝓcedet, & in dubio cõtra eas ſubtilitates iudicabit, quas ſuſpectas habebit,vt ſupra ſæpius dictum fuit.

140 Bona † ergo fide vtatur oportet conſulens in omnibus:ita vt per eum dicta ſimplicitatem quandam, & candorem per ſe ferant conſcientiæ, non autem calliditatem,& aſtutas inſidias:ſubtilitates enim cõueniunt potius interpretanti ex ſuggeſto, cum in eo tolerari ſoleant, conſulenti verò nunquam conuenire poſſunt.

141 Verùm † quia ſæpenumero iudices ſolent viſis conſilijs excitare dubia aliqua, quæ parti exhibẽt, & ſolutionem eorum requirere ſolent,ideo illis datis,& conſulenti exhibitis curet conſulens,vt ea diligenter, & ſecundùm iuris terminos, ac bona fide reſoluat, vt ſupra ẽt dixiſſe ſcio. meminerit tamen modeſtia vti in reſpondendo, neque iudices,qui illa exhibuerũt,mordeat,aut dubia illa tamquã leuia irrideat,& ſtomachetur,vt quoſdam feciſſe vidi.

142 Sæpe †.n.iudices his morſibus irritantur, adeò vt ipſi reſolutiones dubiorum datas aſpernentur, & tantam indignationem concipiant:vt omnino contra reſolutiones ipſas iudicẽt,neq; vlla ratione poſt ea poſſit indignatio illa leniri, ſed quo magis inſtabit conſulens,& vrgebit, eo feruentior excitabitur indignatio.

143 Pleriq; † enim faſtuoſi iudices, & præcipuè ſi ſint ignari,id ſibi magnæ laudi aſcribunt:vt contra conſilium Clariſſimi & celeberrimi cuius piam iuriſconſulti iudicare auſi fuerint, neque eius pertimuerint authoritatem, quaſi melius ipſi iura intellexerint q̃ conſulens,& ex ſinceriori conſcientia iudicaſſe credantur, quam tanti viri authoritas labefactare aut inficere non potuit,vt ſupra dixi.

144 Dubitari † põt inſuper, an conſulens in conſiliis vti debeat breuitate,vel potius multiloquio, & licet ſupra ẽt nonnulla dicta ſint c. t 5. de breuitate: attñ hoc loco id tm̃ addã,conſulentẽ breuitati præcipuè ſtudere debere, iudex.n.qui varijs diſtrahitur negociis,ac tp̃e indiget,non eſt fatigãdus lõga ſcriptura.

145 Breuitatem † ergo ſeruet pro viribus,modò intelligentiæ iacturam non faciat. duo ergo in vtenda breuitate conſulenti maximè obſeruanda ſunt,perſona ſcilicet iudicis, qui iudicaturus eſt, & natura cauſæ. primò ergo obſeruabit, an iudex peritus ſit, an imperitus, patiẽs,& quieti animi, an impatiens, & præcipitis ingenij, ſtupidus an acutus, diligens, an ſocors.nam (vt inquit Greg.) ſecundùm qualitatẽ auditorum,& lectorum debet formari ſermo doctorum. & probatur in l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habi.cum concor.adduc. per Ial.in l.ſtipulatio iſta.§.hi ſunt.ff.de verb.oblig.

146 Si † ergo iudex erit doctus,& prudens,ſed impatiens laboris, breuiori poterit vti ſermone: quoniã ſapiens ex paucis multa intelligit, vt inquit Accur. in auten.de conſang.& vter.frat.§.j. in ver.opinari. quòd ſi iudex fuerit indoctus & craſſioris mineruę, ſed tamen patiens laboris, longiori oratione vtendum erit, vt omnia, quæ dicet, tot replicationibus tandem ſtupidæ eius menti infigantur, neque tunc timeat ſuperfluitatis vitium incurrere,cum nunquã ſatis dictum ſit,quod intellectum non eſt.

147 In † hoc enim inſudare debet conſulens, vt iudici perſuadeat,quod intendit, nõ poteſt autem quis perſuadere, niſi prius perfectè intelligat rationes, quibus perſuaderi intenditur, neque etiam eas noſcere poterit,niſi clarè,& ad captum ingenij ſui exprimantur argumenta,& rationes, quod plerumq; ſine multiloquio fieri non poteſt.

148 Pariter † & ſecundo loco obſeruabit diligenter cauſæ,quam tractat,naturam,& argumentorũ qualitatem.nam ſi fuerit cauſa ſubtilis,perplexa, & ambigua,lõgiori ſermone vtetur,vt ſcilicet explicet,& diſtinguat cõplicata, & cõfuſa, & illuſtret obſcura.

149 Denique † modum, & mediocritatem quandam ſeruet, vt neque nimium breuis ſit, neque nimium longus. nam (vt inquit Tull.in partition.) non modò contractione, ſed & longitudine paratur obſcuritas:ſolebat enim dicere Ageſilaus,non minus peccat ſutor, qui paruo pedi magnũ inducit calceum, quàm qui magno paruum.

150 Verùm † hoc vnũ meminerit in multiloquio(vt notum eſt prouerbiũ) ſæpe nõ deeſſe peccatũ,& nil magis nauſeam mouere, q̃ in re perſpicua verborũ inculcatio,& longioris,ac ſuperfluæ orationis multiplicatio. prudentia ergo, & iudicio etiam in hoc vtatur,vt perſonis,cauſæ, & tempori inſeruiat.

151 Reſtat † modò vt aliqua de honorario, hoc eſt de mercede conſulentis dicam.

152 Et † quanquam Vlp.in l.j.§.pro inde. ff.de vari. & extraord.cogni. dicat,ciuilem ſapientiam eſſe rẽ ſanctiſſimam, quæ precio numario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda,& dicat Andr. Sicul.in conſi.34. in 2. vol. q̃ col.17.verſi.& de hac ſumma eminenti, ẽt ſit clarum ſcientia gratis à Deo habeatur,gratis ẽt ſit elargienda. & ſcribat ẽt Quintil. gratis eſſe præſtandas operas in ciuili diſciplina,ſi tamen ſuppetat res ſamiliaris:attamen verius eſt,licitam eſſe mercedem, quæ & à patronis cauſarum,& à conſulentibus exigitur. nam & idem Fabius inquit. Non video, quæ iuſtior ratio acquirendi eſſe poſſit,q̃ ex labore honeſtiſſimo,& ab iis,de quibus optimè meremur. tempus enim & opera alienis negociis data omnem aliter acquirendi facultatem abſorbet.Quis enim(inquit ille) virtutem amplectitur ipſam,præmia ſi tollas? & alter Poeta inquit.

In ſteriles agros nolunt iuga ferre iuuenci.

153 Et † licèt profeſſio philoſophiæ ciuilis videatur ſpernere pecuniã.l.profeſſio.C.de muner.pat.lib.11. & c. gloria epi.t a.q.5. & l.in honoribus.ff.de vaca. & Socrates, & in c.quia nonnulli,de magiſtris, attũ & Socrates, & Zeno,& Cleantes,& Chryſippus,& alij philoſophi, qui pecunias profitebantur negligere, à diſcipulis honoraria recipiebant,qui.un.o & exigebant. Si †

154 Si † enim labore, induſtria, ſolertia, ſtudio, ac maximis vigilijs conficienda ſunt conſilia, prout verè ſunt, & ut alienis negocijs proſimus, relinquenda ſunt noſtra, & maceranda ingenia cum non modica vitæ iactura, certè hoſtimento aliquo ſunt hæc compenſanda.

Quis enim uellet tantas moleſtias ferre, tantos labores ſuſcipere, tot vigilijs, & ſudoribus vitã ſibi breuiorem reddere, quæ omnia in hoc conſulenti iũ piſtrino preſtò ſunt, niſi aliquo ſperato præmio? quo poſſint hæc ipſa leniri, & leuiora fieri.

155 Dignus † ergo eſt operarius etiam ſecundùm legem euangelicam mercede ſua, & in ſpecie, ꝙ conſulenti liceat recipere honorarium fatetur Auguſtinus in c. non licet. 11. q. 3. his verbis. non licet iudici vendere iuſtum iudicium, & ſi liceat aduocato vendere iuſtũ patrocinium, & iuriſperito rectũ conſilium: quod etiam repetit in c. non ſanè. 14. q. 5. iuſtum ergo & honorificũ eſt conſulenti recipere honorariũ, quod non mercedis, aut ſalarii nomine dictum eſt, ſed honeſtatum etiam vocabulo ipſo, cũ modò appelletur honorarium, modò palmarium, modo ſolatium. vt in l. poſt duos. C. de aduo. diuer. iud. l. laudabile. tit. ſeq. & l. j. C. de præd. decur. lib. 10. & l. 3. C. de agen. in reb. lib. 12.

156 Non † enim temporibus noſtris præſtari ſolet iuramentum, quod Hypocrates iuſſit medicis præſtari: vt ſine pactione, & mercede medelam præſtent ægrotis, de quo meminit Alcia. parerg. lib. 2. c. 39.

Fateor tamen plurimùm referre, à quo, quantũ, & quomodo recipiat honorarium conſulens; ne ex bono, & honeſto ſolatio in auaram, & ſordidam negociationem, & licitationem vitioſa, & infami (vt inquit Quintil.) metamorphoſi tranſeat.

157 In † honorario ergo conſequendo hæc conſulenti præcipuè fugienda cenſerem, primò ſcilicet, ut de ſalario ante factum conſilium non paciſcatur. nã licèt non ignorem licitas eſſe pactiones inter conſulentem, & clientem de quantitate honorarij: vt per Spec. in tit. de ſalarijs, nu. 5. per l. ꝓperandũ. §. pen. C. de iudi. attamen ex tali præpoſtera pactione non modica video ſequi incommoda: ſordidum. n. videtur, & turpe ante omnia pecuniã curare, & de ea paciſci. nã hoc eſt propriè venalem facere ſacroſanctã ciuilem ſapientiam, & illam licitare. præterea hę pactiones à principio factæ tyrannidem quandam referunt, dũ clienti auido, & ſummè optanti conſiliũ celebris iuriſperiti, quo maximè indiget, duras indicit conſulens conditiones, quas poſt abſolutũ conſilium non indiceret, timens ne relicto conſilio à cliente ipſe laborem integrum perderet, atq; ideo minori honorario contentus foret. nam ſi magnitudinẽ ſalarij perhorreſcens cliens noluerit auaritiæ conſulentis ſatisfacere, cogetur vel integrũ perdere honorariũ, vel licitantiũ more à grandi petito ſalario ſenſim, ac gradatim ad leuius deſcẽdere, qđ quidem uerè ſordidi, & abiecti eſt, ac vilis animi.

158 Abſoluat † igitur prius conſilium, poſtea recipiat honorarium à cliente ſpõte exhibente, vt ſupra me dixiſſe memini: multa. n. honeſtè recipiuntur, quæ inhoneſtè petuntur. l. j. §. proinde. ff. de var. & extraor. cog. ꝙ ſi auara manu, & chyragra laborante, vt inquit Martialis, dabitur, licebit tunc conſulenti labores ſuos explicare, & exprobrare, & in memoriã reducere clienti, quod alij in ſimilibus præſtiterũt, modò ipſe non præſcribat quantitatem honorarij, & in ea petenda nimium obſtinatè perſeueret. id enim & ſordidum eſſet, & tyrannicũ, melius enim conſulet famę, atque exiſtimationi ſuæ, ſi partis iuſti lucri iacturam faciet, q̃ ſi auari, inciuilis, & nimiũ duri, ac difficilis nomen cõſequatur. hoc enim denique contentus eſſe debet, vt ſi magni non veneat labor ſuus, ſaltem non pereat.

159 Eas † autem pactiones omnino fugiat, quibus aliqui paciſcuntur cum cliente, vt ſi victoriam conſequetur in cauſa, tot pro honorario numeret, ſi verò vincatur longè minus. hoc enim verè eſt licitare bonam vel malam fortunam, cum non minus ſit incertus euentus litis, quàm belli.

Adde, ꝙ auiditate maioris lucri extimulatus conſulens vt vtatur bonis, & malis argumentis, iuſtis, & iniuſtis rõnibus, vt uictoriam conſequatur, qđ à boni viri officio, iudicio quidem meo, longè diſtat.

160 Non † ſunt certè ferendi, aut iuriſprudentis nomine digni, qui tyrannico more extorquent ingentia ſalaria à pauperibus, & maiora ſortè, q̃ ſit valor cauſæ, hi enim exauthoratione digni ſunt, cum pauperes clientes expolient, & ad deſperationem ferè deducant; qui cum arrarũ nomine, quas hodie candelas vocant, aliquid errogauerint, non poſſunt redimere conſilium, niſi conſulentis ingluuiẽ ſatient, fortè etiam minantis præuaricationem, niſi pro voto ſibi ſatisfiat, exemplo Samij inſignis equitis Romani, qui cũ quadringenta numorum millia Suillio magni tũc nominis oratori dediſſet, vt eius cauſam fideliter ageret, cognita eius pręuaricatione ad ſummam deſperationem adductus in domo ipſius Samij ferro incubuit. vt refert Tacitus annal. lib. 11. de quo etiam Alcia. diſpunc. lib. 3. c. 9.

161 Abhorreat † præterea impietatem, vt dignus pietate apud Deũ habeatur: nam ſi pro paupere ſibi reſpondendum propoſuerit, uel pro uidua, aut pupillo, gratis id faciat, ſi nullæ ſint eorum facultates, ita vt vix alimentis ſufficiant, vel ſi facultates aliquæ extent, modeſtè cum eis agat. nã dicitur c. 14. prouerb. Qui miſeretur pauperi, beatus erit, & eccleſi. 6. dicitur. Pauperi porrige manum tuã, ut perficiatur propitiatio, & benedictio tua, & eodem loco. c. 4. dicitur. Eſto pupillis miſericors, vt pater, & pro viro matri illorum, & eris tu velut filius altiſſimi, & miſeribitur tui magis q̃ mater. & ꝙ pro his pſonis gratis debeat exhiberi conſilium, vt patronus patrocinium, eſt glo. no. in c. ſtatutum. in §. inſuper. in verſ. pauperes. de reſcr. in 6. & tradit Bal. in l. ſi furioſi. in vlt. no C. de nup. gl. & cæteri ſcribentes in c. 1. de offic. iud. & Fely. in c. ſi pro debilitate. col. vlt. de offic. deleg. & ideo Greg. in Matth. homelia 16. inquit, quòd qui renuit pauperi gratis patrocinari, ſaluari non poteſt, quia abſcondit talentum Domini ſui, & in foro conſcientiæ peccat, qui à paupere pecuniam recepit. & idem dicendum de pijs locis, quæ ſi non habent, vnde honorarium propinent, gratis debet illis impartiri conſilium.

162 Caueat † etiam conſulens, ne tantum petat honorarium, quod ualorem cauſæ ſuperet: hoc enim eſſet non iuuare clientem, ſed ſpoliare, ꝙ ſi magnus labor erit etiam in vili cauſa impendendus, quem perhorreſcat, uel cauſam ipſam à principio reijciat, uel ſi ſuſceperit, contentus ſit eo honorario, quod ipſe uellet pręſtare, ſi ſua cauſa ageretur.

163 Cum † autem quantitas ſalarij nulla ſit à lege limitata, debet ipſe ſibi eſſe lex, & cum bonus vt ſit uir, requiratur, boni uiri arbitrio utatur, ut conſuetudinem aliorum, & præcipuè regionis non excedat, habita etiam conſideratione peritiæ ſuæ, ſi fortè ſit eminentis ſcientię, ut omnia hæc ẽt conſiderat tex. in l. j. §. in honorarijs. ff. de var. & extraord. cog.

164 Et † ibidem in §. ſi uerò poſt cauſam actam, concluditur, ꝙ honorarium aduocati non debet excedere centum aureos. ſcribit tamen Plyn. nepos epi. lib. 5. ad fi. tenorem cuiuſdam ſenatuſconſulti, quod pertinebat ad modum, preciumque ſtatuendũ honorarijs,

norarijs,& ſacramento,quo adigebantur litigaturi,
ſe neque cauiſſe, neque dediſſe quidquam pro mer
cede patrono.

165 Lege † autem Cincia, quam tulit M. Cinclus tri-
bu. plebis anno ab V. C. 549. cautum fuit, ne quis
ob cauſam orandam munus, donumue, aut ſalariũ
caperet, quæ poſtea pluribus ſenatuſconſultis reno
uata,& confirmata fuit,de quibus legitur apud Ta-
citum lib.1 1.& apud Liui.lib.34.& de ea lege Cin-
cis etiam meminit Tul. in Catone, & ad Atticum
166 lib.j.& de oratore lib.2.neque † vnquam legitur, ꝙ
honoraria aduocatorum exceſſerint dena ſexter-
tia,quæ capiunt ſummam coronatorum noſtrorum
250. quanquam M. Tullio obiectum fuerit à Salu-
ſtio, quòd ſanguine, & periculis reorum immenſas
ſibi comparauit opes contra ſanctionem dictæ le-
gis Cinciæ. obiectumque eidem inſuper fuerit, ꝙ
domum magnificentiſſimam vna actione à L.Scilla
nactus ſit.pariter & obiectũ fuit Demoſtheni,quod
argentanginam,ſine argyranchem pateretur, ꝙ ſci-
licet argento actiones vẽderet. Sic à M. Tullio ex-
probratum fuit Hortẽſio defendenti Verrem, ſphin
gis ſimulachrum, precioſum quidem antiquitatis
monumentum, quòd à Verre habuerat. nam dum
Hortenſius diceret,ſe nõ intelligere enigmata Tul-
lij in eius actionibus propoſita, ſtatim reſpondit
Tull.ſe id mirari,cum ipſe Hortenſius ſphingem do
mi haberet, quæ illi ea enigmata facile explanare
poſſet, vt refert Fabius lib.7. c. de riſu. hodie verò
cum arbitraria ſint honoraria, cõſcientia cuiuſque
debet ſibi legem imponere, & mediocritatem ſer-
uare, & modum.

167 Quanquàm † legam Calcan.conſi.81.colum.3.in
princ. dicentem, ſe conſuluiſſe in ardua cauſa duc.
30.mill. & lucratum fuiſſe duc. mille, & Roma.ſin-
gul.441.dicit ſe allegaſſe tãtùm duas leges in quo-
dam conſilio, & pro earum ſingulis habuiſſe duca-
tos.4.ſed (vt dixi) ſeruandus modus, vt habeatur
ratio perſonarum,cauſæ,laboris,authoritatis con-
ſulentis,& conſuetudinis.

168 Sed † poſtremò non leuis reſtat quæſtio termi-
nanda,an ſcilicet,ſi conſulens conſilium fecerit nul
lo, vel modico tunc impenſo labore, & (vt aiunt)
abſque reuolutione chartarum, puta, ꝙ deciſiones
promptas habebat ad manus,quæ cauſam clarè di-
finiebant, an pro eo conſilio poſſit honorarium re-
cipere tantum,quantum recepiſſet, ſi laboraſſet. &
glo.in c.non licet. 11.q.3.tenuit non licere, ex quo
non laborauit, quam etiam videtur ſequi Spec. in
tit.de falsrio,in prin.& Andr.Sicul. cõſi 34.col.17.
verſic.& de hac ſcientia eminenti. in 2.contra tamẽ
ſtat communis opinio, illam enim glo.reprobat Io.
Andr.in add.ad Spec. in prædicto loco, in verſ. la-
bore,vbi dicit,ſe conſtanter tenere contrariũ: quia
licèt tunc ſine labore potuerit conſulere: attamen
præterito tempore, vt talem ſcientiam acquireret,
& vt ea loca parata haberet, quibus nunc eſt vſus,
multos labores impendit,multasque chartas reuol
uere coactus eſt. ratione ergo præteriti laboris iu
ſtè potuit honorarium recipere. eandem glo.repre
hendit etiam Archid.in d.c.non licet,& Bologni.in
autẽ.habita.C.ne fil.pro patre,col.33.& Iaſ.in §.ſed
iſtæ.inſti.de actio.nu. 113.& Opizo in l.ſi me, & Ti-
tium.in prio.ff.ſi cer.pet.vbi Purpur.nu.3. & Dec.in
c.cum in cunctis.nu.15.de elect. & Cagnol.in repe.
l.diẽ functo. ff. de officio aſeſſ.nu.168. ſed & in hoc
certior iudex erit conſcientia ipſius conſulentis, ſi
vir ſit bonus, quem ſolùm iuriſprudentis titulo di-
gnum exiſtimo.

Plura fortè potuiſſent ſcribi de officio conſu-
lentis, verùm vt aliquando manum de tabula tol-
liam, hæc, quæ dicta ſunt, veluti magis neceſſaria,
& conducibilia conſulenti ſufficiant, cum cætera,
quæ cuipiam occurrent, facile poterunt ſupraſcri-
ptis addi.

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F.

Omnes ſunt Terniones.

1410381 aut
598154